est & fides vestra. Inuenimur aūt et falsi testes dei. qm̄ testimoniū dixim⁹ aduersus deū. q̄ suscitauerit christum: quē nō suscitauit si mortui nō resurgūt. nam si mortui nō resurgūt: neq; christus resurrexit. Quōd si christus non surrexit vana ꝫ fides vestra. Adhuc enī estis in peccatis vestris. ergo et qui dormierūt in xpo perierūt. Si in hac vita tm̄ in xpo sperātes sum⁹ miserabiliores sum⁹ oīb⁹ hoīb⁹. Nūc aūt xps resurrexit a mortuis primitiꝫ dormiētiū. qm̄ quidē per hoīem mors & per hoīem resurrectio mortuorum. & sicut in adā omnes moriūtur ita & in christo omnes viuificabūtur. vnusquisq; autem in suo ordine primitiꝫ christus.

¶ Feria sexta. Ad Romanos. Ca. v.

Fratres. Cū adhuc essem⁹ infirmi xps scd'm tps p impiis mortuus est. Vix em̄ p iusto quis moritur. Nā p bono forsitā quis audeat mori. Cōmēdat aūtē suā charitatē deꝰ in nobis: qm̄ si cū adhuc pctōres essem⁹ scd'm

¶ Feria. vj. sequenti.

Quem adhuc esse imus. Epistola ad Romanos ca. v. In quo posteaquam apostolus ostendit virtutem fidei in iustificatione credentium: in hac ponit iustificationis motiuū: quod excludit a nobis dicens. vt quid christus cum essemus infirmi. scilicet ppē peccatū. Mortuus est secundum tēpus. scilicet trium dierum spacio. ꝓ iusto idest opus hois quātumcunq; iusti vix meretur vt quis pro eo velit mori: igitur multo minus peccatore hoc potest mereri. Cōmendat autem. idest cōmendabilem ostēdit. Ab ira. i. ab inferno. qa inde est peccatorem iustificare

quã ipsum a pena liberare. Cũ inimici essemus. per peccatũ ade. Reconciliati. per mortẽ. s. xpi. In vita. s. post gloriosam resurrectionem. Non solum autem. in greco non solum id autem. sed salui erimus in futuro. Sed ꝛ gloriamur. subaudi nunc in presenti.

¶ Dominica secunda post pascha.

Christꝰ passus ẽ p nobis. Ex pma Petri epla cap. ij. In quo ad patientiã christianos hortatur. nam dixerat: si hoc ẽm vocati estis. idest vt iniuriam patienter toleretis: ꝛ hic infert christus passus est. ꝛc. Vestigia eius. idest imitãtes illũ. Qui peccatũ non fecit. in hoc imitari non possumus. Tradebat se. offerendo se querentibus ad mortem iniustam. In corpore suo penam p nobis sustinendo.

Peccatis mortui. idest non peccando.

Justicie: idest christo nos iustificanti. Cuius liuore. Ex Esaia sumptum est. Episcopum. idest speculatorem.

Feria quarta sequenti

tꝰ xꝰ p nobis mortuꝰ est: multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsiꝰ saluerimꝰ ab ira p ipm. Si ẽm cũ inimici essemꝰ reconciliati sumꝰ deo p mortẽ filii eius; multo magis reconciliati saluerimꝰ in vita ipsiꝰ. Nõ solũ autẽ sed gloriamur in deo. Per iesum christum dominum nostrum.

¶ Dñica. ii. post pascha bti Pe. i. Ca. ii.

Charissimi. Christꝰ passus est pro nobis; vobis relinquẽs exẽplum vt sequamini vestigia eius. Qui pctũ nõ fecit nec inuentus est dolꝰ in ore eius. Qui cũ male diceret nõ maledicebat: cũ pateret nõ cõminabatur Tradebat autẽ iudicanti se iniuste: qui pcta nra ipse pertulit in corpe suo sup lignum: vt peccatis mortui iustitie viuamus: cuius liuore sanati sumus. Eratis enim sicut oues errantes: sed cõuersi estis nunc ad pastorem & episcopũ animarum vestrarum.

¶ Feria. iiii. ad hebreos. Cap. xiii.

Fratres. Obedite ꝓpositis vris & subiacete eis. Ipsi enim puigilãt:

Obedite ꝓpositis vris. Ex epla Pauli ad hebreos cap. xiii. In quo aplus docet quõ hebrei se debent habere circa ꝓlatos. Ipi

quasi rationē pro animab⁹ vestris red
diturī: vt cum gaudio hoc faciāt & nō
gemētes. Hoc enim non expedit vo
bis. Orate p nobis. Confidim⁹ enim
quia bonā cōscientiā habem⁹ in om
nibus bñ volētes cōuersari. Amplius
aūt deprecor vos hoc facere: vt quā ce
lerius restituar vobis. Deus aūt pacis q̄
eduxit de mortuis pastorē magnum
ouiū in sanguine testamenti æterni (do
minum nostrū Iesum christum) aptet
vos in omni bono vt faciatis eius vo
luntatem: faciēs in vobis quod placeat
coram se p iesum christū. Cui est glo
ria in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Feria. vi. Actuum Apo
stolorum. Capitu. iiii.

IN diebus illis. Multitudinis autem
credentium erat cor vnum: & ani
ma vna. Nec quisquā eorum quæ
possidebat aliquid suum esse dicebat:
sed erant illis omnia cōmunia. Et virtu
te magna reddebant apostoli testimo
nium resurrectionis Iesu christi domi
ni nostri: & gratia magna erat in om
nibus illis. Neq; enim quisq̄ egens
erat inter illos. Quotquot enim pos
sessores domorū aut agrorū erant ven
dentes afferebant precia eorum quæ
vendebant: & ponebāt ante pedes apo
stolorum. Diuidebantur autem singu
lis prout cuiq̄ opus erat.

enim. reddit rationem
quare debeāt obedire
illis. Cum gaudio.
cum viderint vos sibi
obsequētes. Nō expe
dit vobis. scilicet quod
illi laborent et vos nō
obediatis. Orate p
nobis. idest adiuuate
nos precib⁹ vris apud
deum. Bene volētes
cōseruari. idest deside
rantes bonam cōuer
sationem omnium.
Restituar vobis. aberat
eñ ab hierosolymis.
Deus pacis. bene pre
catur illis in clausula
epistole. Eduxit pa
storē. i. a mortuis suscis
tauit. Testamēti eter
ni. q̄ sanguine christi
confirmatum est.

¶ Feria. vj. sequenti.

MUltitudinis au
tem credentiū.
Ex actib⁹ apl̄oz. c. iiii.
in quo describit credē
tium sancta cōmunio
a primo ī genere. Cor
vnū. q: inuicem cōne
ctebantur charitate.
Virtute magna. quia
faciebāt miracula vir
tute diuina. Gratia
magna. idest amor q̄
facit omnia cōmunia.

vnde sequitur. neq; quisquã erat egẽs: quia omnia erant omnium. Que sequuntur per se patent.

¶ Dominica tertia post pascha.

OBsecro vos tanquam aduenas. Exprime ꝑ petri epistolã. ca. secũdo. et continuatur epistole ꝓcedenti: cuius initium est. Deponẽtes omnẽ maliciam. Itaq; inducit hoc in loco spostolus fideles ad diffusionem fidei per exemplũ sancte conuersationis: dicens. Obsecro vos. Aduenas ⁊ peregrinos. scilicet a ciuitate celesti. A carnalibus desideriis. sicut peregrini q̃ non immorantur in voluptatibus q̃ occurrunt in via: sed properant in patriam.

Conuersationem bonam. nõ ad propriam laudem: sz ad dei gloriã. ideo subdit vt glorificent deum. In die visitationis. idest cum diuina gratia illos cõuertent. Omnia creature humane. scilicet habenti a deo regiminis autoritatem. ideo subdit siue regi / siue missus a rege. Quasi liberi. scilicet libertate vera q̃ est a vitijs. ⁊ nõ sub prẽ textu libertatis nõ obediẽdo superioribus. que sequuntur patent vsq; ad verbum dyscholis. Sunt enim dyscholi homines morosi

¶ Dominica tertia. Beati Petri apostoli prima. Capitu. ii.

CHarissimi. Obsecro vos tanquã aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam (vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes ¶glorificent deum in die visitationis. Subiecti estote omni humane creature propter deum. Siue regi quasi præcellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis: ad vindictam malefactorũ: laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiã. Quasi liberi: & non quasi velamen habẽtes malicie libertatem: sz sicut serui dei. Oẽs honorate: fraternitatẽ diligite. Deũ timete: regẽ honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis. Nõ tãtũ bonis & modestis: sed etiam dyscholis. Hæc est

et difficiles: et quibus mala est conuersatio: quod olys particula in compositione in malum sonat semper. Gratia dei. i. res grata deo.

¶ Feria quarta sequenti.

NOn enim in manu facta. Ex epistola Pauli ad Hebreos. ca. ix. In quo posteaquam multa de sacerdotio veteris legis dixit: cõparat illud christi sacerdotio. Manu facta. quale fuit tabernaculũ Moysis et Salomonis templum.

enim gratia: In christo Iesu domino nostro.

¶ Feria quarta. Ad hebrẽos. Capitulo. ix.

FRatres. Non enim in manu facta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum: sed ipsum cœlum: vt appareat nũc vultui dei pro nobis. Neq; vt sæpe offerat semetipsum: quẽ admodũ pontifex intrat in sancta per singulos ãnos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum pati frequenter ab origine mundi. Nũc autem semel in consummatione sæculorum ad destitutionem peccati per hostiã suã apparuit. Et quẽadmodum statutum est hoĩbus semel mori: post hoc aũt iudicium: sic & christus semel oblatus est ad multorũ exhauriẽda peccata. Secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.

Verorum. quia templa fiunt ad celi similitudinem. Pro nobis. scilicet mediator. At sepe offerat se. sed semel oblatus est: vt dicit ad multorum exhaurienda: hoc est tollenda peccata multorum: quie non omnes sunt digni. Post hoc iudicium. scilicet extremum erit. Sine peccato. nam in primo aduentu venit in similitudinem peccati. nam quod faber dicit: quod christus in primo aduẽtu sine peccato apparuit: aliud est apparere et aliud esse. vnde et Esaias dixit cum sceleratis reputatus est: et quasi peccator inducitur in

¶ Feria.vi. Ad Romanos. Capitulo.xiiii.

FRatres. Nemo nr̃m sibi viuit: & nemo nostrum sibi viuit. Ex epistola Pauli ad Roma-

corpore mystico. ¶ Feria sexta sequenti.

nos.cap.xliij. In quo ostēdit quomodo maiores habere se debeant ad minores. Et ponit ratio q̄ accipitur ex parte eius ad quem pertinet de seruo alterius iudicare/ hoc est de ꝓximo. is autem est christus: cui omnes viuimus aut morimur. Nemo. quia nos nō sumus domini vite aut mortis nostre. In hoc. i. hoc dominū est morte sua ꝓsecutus: vt sit dñs nr̄ꝝ redēptionē. Tu aūt. ponit rō q̄ accipit ex parte eiꝰ q̄ iudicat temere de alio. In māducādo. s. ea q̄ sūt i lege Mosi phibita. In nō edēdo. reputādo illū insanū qr̄ nō edit i lege phibita. Ante tribunal. vbi de his iudicamur. Scriptū ē. Esa. xlv. Itaq; ꝓclusio est intenti. ¶ Dñica. iiij. post pascha.

OMne datū optimū. Ex epla Jacobi. c. j. In quo remouet errorē dicentiū q̄ bonum meriti nō est a deo: sed ab ipso hoīe. Datū optimū. i. bonū meritu. Et oē donū perfectū. i. bonū gr̄ie. A patre luminū. cui oīa sunt aperta sicut in lumine diei claro. Immutatio ꝛ obumbratio. Sicut nobis qui semper immutamur et aliquando dies: aliquando nox. Genuit nos. per modum adoptionis. In verbo. idest per filium. Initium creature. scilicet quantū ad gratiam. Scitis. ꝓ scire debetis.

nemo sibi moriꝰ. Siue enim viuimꝰ: domino viuimus. Siue morimur: domino morimur. Siue ergo viuimus: siue morimur: domini sumus. In hoc enim christus mortuus est: & resurrexit: vt & mortuorū & viuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuū in mandducando: & quare spernis fratrem tuū in nō ēdendo? Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrū pro se rationem reddet deo.

¶ Dominica quarta. Iacobi Apostoli. Capitulo. i.

FRatres. Oñe datum optimum: & omne donum perfectum desursum est: descendens a patre luminū. Apud quē nō est trāsmutatio: nec vicissitudinis obūbratio. Volūtarie genuit nos verbo veritatis: vt simꝰ initiū aliq̄d creaturę eiꝰ. Scitis fratres

mēl dilectissimi. Sit autem oīs homo velox ad audiendū: tardꝰ aūt ad loquēdum: & tardus ad irā. Ira enim viri iustitiam dei non operatur. Propter qđ abiicientes omnem immundiciam & abundantiā malicię: in mansuetudine suscipite insitum verbum. Quod potest saluare animas vestras.

¶ Feria. iiii. Ad Thessalonicenses primo. Capitulo. v.

FRatres. Omnes enim vos filii lucis estis: & filii diei. Non sumus noctis: neqꝫ tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri: sed vigilemus: & sobrii simus. Qui enim dormiūt nocte dormiunt: & qui ebrii sunt: nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus: sobrii simus: induti loricam fidei & charitatis: & galeam spem salutis; quoniam non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum christum: qui mortuus est pro nobis. Vt siue vigilemus siue dormiamꝰ: simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicē & ædificate alterutrū in christo iesu domino nostro.

Sit aūt. ꝓcepta mortalia ꝓponit q̄ satis patent ꝙ se. Insitū verbum. i. quod mētibus inserendum est.

¶ Feria. iiij. sequēti. OMnes enī vos. Ex epla prima ꝓpauli ad Thessalon. ca. v. In quo posteaq̄ posuit incertitudinem diei iudicij: facit illos cautos circa illius expectationē: et qꝛ paulo ante dixit fratres non estis in tenebris: nunc dicit filij lucis estis. i. christi qui est lux ☞a. Sicut ceteri. scz infideles. Qui dormiūt. scz noctis ⁊ ignorantie filij ⁊c. Diei sumus. subaudi filij. Loricā fidei. idest armaturam que corpus munit. per quā intelligimus fidē charitate iformatam. Spem salutis. ⁊ sic tetigit tres virtutes q̄ sunt ꝓprie christianorum. In iram. idest i damnationē eternam. In acquisitionē salutis. i. saluationem.

¶ Feria. vi. Ad Colossenses. Capitulo primo.

FRatres. Gratias agimus deo & pa

¶ Feria. vj. sequēti. GRatias agimus deo. Ex epistola

Pauli ad Colossenses cap. j. In quo apostolus inducit Colossenses ad tenendū firmiter euangelium. Et primo captat illorū benivolentiam cū dicit se orare pro ipsorū felici consumatione. Vos fecit: scz tam iudeos q̄ gentiles. Sortis sanctorū. et hoc per baptismi gratiam. De potestate tenebrarū. i. diaboli. Dilectionis. qz p̄ diligit filiū: r p illū nos. In q̄ idest p quē. Primogenitꝰ. i. āte oīa alia creata genitus. p naturā cū sint alia p creationem. In ipo cōdita. i. per ipm. qz verbo dñi oīa creata sunt. Sive throni. quattuor angelorum ordines nominat: per quos et alios quinq; intelligit. Caput ecclesie. in corpore mystico. Principiū. idest primus qui resurrexit ad vitam immortalem. Complacuit. scilicet deo inhabitare in ipso. idest in christo homine. Alio patent.

¶ Dominica quinta post pascha.

Estote factores verbi. Ex epistola Jacobi apostoli capitul. j. In quo apostolus inducit fideles ad acquiescendum veritati ipsam opere adimplēdo. Fallētes vos. quia illuā in pernicie

tri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filii dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago dei invisibilis primogenitus omnis creaturæ. Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra visibilia & invisibilia. Sive throni: sive dominationes: sive principatus: sive potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes: & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ: qui est principium primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnē plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius: sive quæ in cœlis sunt: sive quæ in terra.

¶ Feria quinta: Iacobi Apostoli. Capitulo primo.

Charissimi. Estote factores verbi & nō auditores tantū: fallētes vosmetipos. Quia si quis auditor est

verbi & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abiit: & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis: & permanserit in ea non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam: sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem: hæc est. Visitare pupillos & viduas/ in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

¶ Feria secunda rogationum. Iacobi apostoli. Capitu. v.

CHarissimi. Cõfitemini alterutrũ peccata vestra: & orate pro inuicem: vt saluemini. Multũ enim valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit: vt non pluueret super terram: & non pluit annos tres: & mẽses sex. Et rursum orauit in cœlũ: & dedit pluuiã: & terra dedit fructũ suũ. Si quis autẽ ex vobis errauerit a veritate:

vestram redundat. In speculo. quia tametsi videt se non tamẽ perfecte sed vmbratice: & sic sermo est vmbra rerũ & nõ res ꝟa. Legẽ libertatis. i. euãgelij. qz lex vetus seruituris erat. Et permãserit operando. ea que inde didicit. Religiosum. idest christianum verum. Non refrenans. iactando se quod satis est illi si crediderit & si non fuerit operatus. Seducẽs cor suum. idest seipsum fallens. Visitare pupillos. et que sequunt. hec autẽ sunt opera christiani.

¶ Feria. ij. rogationũ.

COnfitemini alterutrũ. Ex epistola Jacobi apostoli cap. v. In quo inducit fideles ad penitẽue sacramẽtum: per quod remittuntur pcta mortalia. Alterutrum. i. nõ tãtũ deo: sed etiã alteri homini. Pro inuicẽ. i. vicissim. i. alter p altero. Depcatio iusti. ergo iusti nõ est accepta. Helias. qõ dixit, pbat Helie exẽplo sũpto ex. iiij. Regũ. ca. xvij. Et nõ pluit. qõ fa[illegible] ctũ ẽ ppt pcz Achab & Jezabel vxoris illi⁹. Rursum orauit. Ex eodem libro. capit. sequenti. A veritate. fide: siue fidei: siue morum.

operit multitudinē peccatorum.scilicet vt dixerimus quod non videbantur a deo.

℣ Feria quarta sequenti.

OBsecro vos primū. Ex prima epistola Pauli ad Timotheū cap.ij. In quo Timotheū instituit quod orare debeat pro subditis:imo ꝛ p oībus. Ut quietā.i.pro temporū quiete ꝛ tranquillitate. Pietate.i.religione. Castitate q̄ connexa est religioni. Vergilius.ꝛ casta maneāt in religione nepotes.

Hoc bonum. scz orare pro omnib⁹. Veritatis. scilz euangelice vult omnes venire. Vnus deus.scz est qui oēs creauit et vult illos saluos esse. Vnus mediator. q̄ nos deo reconciliat. Testimonij cōfirmatū est per apl̄oz p̄dicationem:et miraculoz operationē.

In fide ꝛ veritate. fidei q̄ pertinent ad fidei veritatem.

℣ In vigilia ascensionis.

VNicuiq; nostrū data est grātia. Ex epistola Pauli ad Ephesios capitu. iiij. In quo ostendit quod omnes fideles sunt vnum corpus mysticum: cuius caput est christus. Secundum & cōuerterit quis eum:scire debet: q̄m qui conuerti fecerit peccatorē ab errore vię suæ:saluabit animā eius a morte: & operit multitudinē peccatorum.

℣ Feria.iiij.Ad Timotheū.i. Cap.ij.

CHarissimi. Obsecro vos primū omnium fieri obsecrationes:orationes:postulatiōes:gratiarū actiones pro oībus hominib⁹: & pro regibus: & oīb⁹ qui in sublimitate sunt constituti: vt tranquillam & quietā vitam agamus in omni pietate & castitate.Hoc enim bonū est & acceptum coram saluatore nostro deo:qui oēs homines vult saluos fieri: & ad agnitionem veritatis venire.Vnus est enī deus: & vnus mediator dei & hominū: homo christus iesus:qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego prædicator apostolus. Veritatem dico non mentior)doctor gentium in fide & veritate.

℣ In vigilia ascensionis. Ad Ephesios. Capitu.iiij.

FRatres. Vnicuiq; nostrū data est gr̄a secundum mensuram dona-

mensurã alijs.scilicet plus:ꝛ alijs minus.. Dicit subaudi scriptura. Ex Esaia.capᵒ.lxvij.Captiuitatẽ.i.illos qui in limbo inferoꝝ erãt detenti.Dedit dona.in die pentecostes dedit dona spũs sancti.ꝛ cotidie dat quibus vult.Quid est.i.qualiter intelligendũ. Descẽdit hoiem assumptur⁹.Impleret omnia.que de illo per prophetas scripta erãt.

tiõis christi.Propter quod dicit, Ascẽdens in altum captiuã duxit captiuitatẽ:dedit dona hoĩb⁹. Quod autẽ ascẽdit quid est:nisi quia & descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit ipse est:& qui ascendit super oẽs cœlos:vt adimpleret oĩa. et ipse dedit quosdã quidẽ apostolos: quosdã autem prophetas:alios vero euangelistas alios pastores & doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerii in ędificationem corporis christi:donec occurramus oĩes in vnitatẽ fidei:& agnitionis filii dei:in virum perfectum:in mensuram ętatis plenitudinis christi domini nostri.

Dedit.s. distribuendo diuersa dona.Cõsumationẽ sanctoꝝ.i. perfectionẽ fidelium. Corporis christi.s. ecclesie cuius caput est christus. In vnitatẽ fidei.i.qui sumus in illi⁹ fide vniti.In virũ perfectũ.qa oẽs in etate christi sumus suscitandi.

¶In die ascensionis.

PRimũ quidẽ sermonẽ facit.ex initio aptice historie quã Lucas euãgelista scripsit quam Theophilo mittit quẽ dicũt fuisse episcopum Asiaticũ. Primum sermonem. euãgelium dicit quod scripsit incipiẽs a sacerdotio zacharie:ꝛ terminauit in ascẽsione dñi. Usq; in diem.s.ascensionis. Precipiẽs. qđ esset facturi. Prebuit se viuum. post resurrectionem vsq; ad ascensionem:: qui fuerunt dies quadraginta.

¶In die ascensionis.Lectio Actuum apl̃orũ.Ca.i.

PRimum quidem sermonem feci de omnib⁹ o Theophile que cœpit iesus facere & docere: vsq; in diẽ qua p̃cipiẽs apl̃is per spiritũ sanctum quos elegit:assumptus est. Quibus & prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumẽtis:

Argumentis.idest

figuris vt modo horzolanus Magdalene: nunc peregrinus duobus discipulis. Cõuescens. idest simul cũ illis comedens. Promissionem patris. de missione scilicet spiritus sancti. Joãnis capitulo. xiiij. Spiritu sancto. quem non cõferebat Joannis baptisma. Qui conuenerant. scilicet cum illo manducantes et bibentes. Regnum israel. nam adhuc nõ sentiebant spiritualiter. Virtutem spiritus sancti. ad predicãdum euãgelium meũ.

Intuerentur. admirantes illius ascensionem. Viri. angeli in specie virorum: Sic veniet. in fine seculi ad iudicãdum homines. scilicet in forma humana: vt nunc vidistis ascendentem.

per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei: & cõuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarẽt promissionem patris: quã audistis inquit per os meũ. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto: nõ post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabãt eũ dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autẽ eis. Non est vestrum nosse tẽpora vel momenta: quæ pater posuit in sua potestate. Sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes in hierusalẽ: et in oi iudea et samaria. et vsq; ad vltimum terre. et cum hoc dixisset videntibus illis eleuat⁹ est: et nubes suscepit eum ab oculis corũ. Cumq; intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in cœlum? Hic iesus qui assumptus est a vobis in cœlum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlũ.

¶ Dominica post ascensionem.

Estote prudentes vigilate. epla petri. j. cap. iiij. i q̃ postea q̃ apls fidelis

¶ Dominica post ascensionem. Beati Petri apostoli. Cap. iiij.

Estote prudẽtes: & vigilate in oronib⁹. Ante oia autẽ mutuã i vobismetipis charitatẽ

ordinauit in seipsos ⁊ in ꝓximos nūc hortatur illos ad timorē instantis iudicij: ⁊ mentis puritatē in ordinē ad seipsos ⁊ ad ꝓximos. Operit. ne videantur a deo vt supra dicit in epistola Jacobi. Hospitales. hospitio excipientes hospites vestros. Sine murmutatione. sine expensa. Accepit grām. s. a dño: hoc est gratis. Boni dispēsatores. qui gratis dant gratis dandum accepere. Si quis loquitur. scilicet verba exhortatoria. Sermones dei. nō sibi sed deo deferendo. Si quis ministrat. scilicet quoq; nō ad se sed ad deū referat qui sibi talia dedit ad distribuendum pauperibus.

cōtinuā habētes: quia charitas operit multitudinē peccatorū. Hospitales inuicē sine murmuratione. vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutrū illā administrātes: sicut boni dispēsatores multiformis gratię dei. Si quis loquitur. quasi sermones dei. Si quis ministrat: tāq; ex virtute quā administrat deo: vt in omnibus honorificetur deus: per iesum christum dominum nostrum.

¶ Feria. vi. post octauas ascensionis.

Ad hebreos Capitul. ii.

Fratres. Vidimus christum propter passionem mortis gloria et honore coronatū: vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat eum ꝓpter quē oīa et per quē oīa: qui multos filios in gl'iam adduxerat: autorē salutis eorū per passionē consummari. Qui em̄ sāctificat et qui sctificātur ex vno oēs. Propter quam causam

¶ Fe. vj. post oct. ascē.

Vidimus iesum xp̄m ꝓpt̄ passionē. Ex epla ꝑpauli ad hebreos cap. ij. vbi da sup̄ citauerat testimoniū ex ꝓpheta minuisti eū paulomin⁹ ab ā gelis: nunc vero exponit verba de christo: dicēs. Vidim⁹ iesum propter passionem. idest ex merito passionis. Ut gratia dei: hoc est non ex nostris meritis. Decebat. conueniens erat vt deus per passionem filij nos perduceret in gloriam. Propter quem. i. adquem̄ omnia referuntur. Et p quem. qui est causa efficiens. Adduxerat. idest adducere volebat. Consummare idest vsq; ad consummationem perducere. Autorem salutis. idest iesum christum. ⁊ hoc per illius passionem. Ex vno. idest ex eodē patre. sed christus per generationem: homines alij per creationem.

non confunditur eos vocare: dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesię laudabo te. & iterum. ego ero fidens in eum. & iterum. ecce ego et pueri mei: quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini et ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium: id est diabolum. et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erāt seruituti. Nusquā enim angelos apprehendit: sed semen abrae apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari: vt misericors fieret: et fidelis pontifex ad deum vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et tentatus potens est et eis qui tentatur auxiliari. Vnde fratres sanctivocationis celestis participes: considerate apostolum pōtificem cōfessionis nostrę. Iesum christum dominum nostrum.

Non confunditur. id est non erubescit. Dicens psalmus. xxj. qui de christo etiā in sensu literali debet intelligi. Et iterum. Esaie capitulo. viij. Pueri mei de quib⁹ Joānis. xvij. hominibus inquit qs dedisti mihi. Quia ergo pueri cōmunicauerunt. scilicet in natura passibilitatis. Nusquam angelos. id est naturam angelicam assumpsit sicut hūanā Vt repropiciaret. faciendo deū propicium per sui corporis oblationē In eo. id est in natura humana. Et tentatus a demone in deserto. Apostolum. id est christum a patre missum. Apostolus enim missus interpretatur.

¶ In vigilia pēthecostes.

TEntauit deus Abraā. Ex Genesi. cap. xxj. in quo exponit quo pacto deus tentauit Abraam an sibi in filio occidendo obtemperaret. In mōtem visionis. id est vnde poterat videri tota

¶ Sabbato in vigilia pentecostes. Gēnesis. Capit. xxii.

TEntauit deus Abraā: et dixit ad eū. Abraā Abraā. At ille rīdit. adsum. Ait illi. Tolle filium tuū vnigenitū quē diligis Isaac: & vade in terram visionis: atq; ibi offeres eū in

holocaustū, super vnū mōtiū quē mō strauero tibi. Igitur Abraam de nocte consurgēs strauit asinum suum: ducēs secum duos iuuenes: & Isaac filiū suū. Cunqꝫ cōcidisset ligna in holocaustū abiit ad locum quē preceperat ei deꝰ. Die autē tertio eleuatis oculis: vidit locum procul. Dixitqꝫ ad pueros suos. expectate hic cum asino: ego & puer illucusqꝫ properantes: postquā adorauerimꝰ reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocausti: & imposuit super Isaac filiū suū. Ipse vero portabat ignē & gladiū in manibus. Cunqꝫ duo pergerent simul: dixit Isaac patri suo. Pater mi? At ille respondit. Quid vis fili? ecce inquit ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit autē Abraā. Deꝰ prouidebit sibi victimā holocausti fili mi. Pergebātergo pariter: vt venerūt ad locū quē ostenderat ei deꝰ: in quo edificauit altare: & de super ligna cōposuit. Cunqꝫ alligasset Isaac filium suum: posuit eum in altare super struē lignorum. extenditqꝫ manum & arripuit gladium: vt immolaret filiū suū. & ecce angelus dñi clamauit de cœlo: dicens. Abraā Abraā. Qui respōdit adsum. Dixit ei. Nō extēdas manum tuā super puerū: nec facias illi quicquā. Nunc cognouiꝫ timeas deum: & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abraam oculos suos: viditqꝫ post tergum arietem inter vepres hęrentē cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitqꝫ nomē loci illius: dominus videt. Vnde vsqꝫ hodie dicitur in mōte dominus videbit. Vocauit autem angelus domini Abraam secundo de cœlo: dicens. Per memetipsum iura-

adiacens regio q̄ nunc est iuxta Ierusalē sed postea fuit vbi adiectus: mōs aūt ille vocabat moria. Die tertio ītermissis tēporis sufficiebat ad veniendum de berſabee ad montem moria: hoc est ad ierusalē. Deus prouidebit. hoc ītā ꝓphetice dictū est: qm̄ deus prouidit de hostia cedēda pro filio. Vnde hodie dicit. in ꝓuerbiū circūfert per ora hebreoꝝ quotiēscūqꝫ sūt ī aliq̄ āgustia: in monte dominꝰ videbit. Vocauit se

cundo. quia facta fuerat promissio Abraã quam nunc iterum iuramento confirmat. Per memetipsum. quia nihil est deo maius per quod iurare possit. Abierunt ad Bersabee. vnde fuerãt profecti ad ,montẽ moria.

¶Lectio altera.

Scripsit Moyses canticum. Ex Deuteronomio capit. xxxj. In quo prophetam populum israeliticum in legis iam traditę obseruatione. q̃ Iosue suum successorem hortatur: q̃ quid facere debeat admonet. Scripsit canticum. qõ ponitur capõ. sequenti: scilicet audite celi que loquor. Verba legis. supra scripte. Leuitis. qui erant de tribu leui ad quos id officiũ pertinebat. Arce federis. nõ cõstat vtrũ intra aut extra arcã ponerẽt. In testimonium. ne pretendas legis ignorantiã. Cõtentiose egistis. vt patet in exodo, q̃ i libro numerorum.

ui: dicit dominus: quia fecisti hãc rem: et non pepercisti vnigenito filio tuo: benedicã tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli & velut arenã q̃ est in littore maris, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: et benedicentur in semine tuo oẽs gẽtes terrę: quia obedisti voci meę. Reuersusq̃ est Abraã ad pueros suos: abierũtq̃ Bersabeę simul. & habitauit ibi.

¶Lectio libri Deuteronomii.
Capitulo. xxxi.

Scripsit Moyses canticum: et docuit filios israel. Precepitq̃ dominus Iosue filio Nun: & ait. Confortare et esto robustus. Tu enim introduces filios israel in terram quã pollicitus sum eis: et ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine atq̃ compleuit precepit leuitis qui portabant arcam fœderis domini: dicens. Tollite librũ istum: et ponite illum in latere arcę fœderis domini dei nostri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam: et cervicem tuã durissimam. Adhuc viuente me et ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis cõtra dñm: quanto magis cũ mortuꝰ fuero? Congregate ad me oẽs maiores natu per tribus vestras atq̃ doctores. & loquatur audiẽtibꝰ eis

sermones istos: & inuocabo cōtra eos cœlū & terrā. Noui enī q̄ post mortē meā iniq̄ agetis: et declinabitis cito de viaquā p̄cepi vobis. & occurrent vobis mala in extremo tempore quādo feceritis malū in conspectu dñi: vt irritetis eum per opera manuū vestrarum: Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu filiorū israel verba carminis huius: & ad finē vsq̄ cōpleuit.

¶ Lectio Esaię prophetę. Cap. iiii.

APprehēdent septē mulieres virū vnū in die illa: dicētes. Panē nr̄m comedemus & vestimentis nr̄is operiemur: tantūmō inuocet̄ nomen tuū sup nos: aufer opprobriū nr̄m. in die illa erit germē dñi in magnificētia & glia: & fructus terre sublimis: & exultatio his q̄ saluati fuerint de israel. & erit oīs q̄ relict⁹ fuerit in siō & residuus in ierusalē. Sanctus vocabit̄ oīs q̄ scriptus est in vita in ierusalē. Si ablouerit dñs sordē filiarū sion: & sanguinē ierusalē lauerit de medio eius: in spū iudicii & spū ardoris. & creabit dñs sup oēm locū mōtis sion: et vbi inuocatus est nubē p diē et fumū et splendorem ignis flammātis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu: in securitate et absconsione a turbine et a pluuia.

¶ Lectio Baruch prophetę. Cap. iii.

AVdi israel mandata vitę: & auribus p̄cipe: vt habeas prudentiam. Quid est israel q̄ in terra inimicorum

Sermones istos. s. cantici insequentis. hoc est audient celi. Loui enim. per spiritum propheticū. In extremo tp̄e. cū vestrum messiam hoc est christum vīm occidetis.

¶ Lectio tertia.

APprehendent mulieres septē. sed iam exposita est in parte superiori in vigilia resurrectionis domini.

¶ Lectio quarta.

AVdi israel mandata vite. Ex Baruch Jeremie prophete scriba capitulo tertio. in quo Baruch populum israel ad sapiētie desiderium hortatur. Mandata. idest ad vitam inducentia. Prudentiam. idest rerum diuinarum sapiētiam. Inimicorum.

ideſt in captiuitate. Cū mortuis. i. peccatoribus. In inferno. i. cū idolatris. Dereliquiſti. hec eſt hoc cauſa. & eſt reſpōſio ad queſtionē. In pace. relinquētes autē viā dei: bellis oppreſſi ſunt. Et victus. i. verus cibus paſtū. Lumē oculoꝝ. vidēdo aptā ſalutis viā. Et pax. i. ḡes. Quis. q̄ſi dicat: nemo ex infidelibꝰ. Locū eiꝰ. i. ſapiētie ſiue prudētie. Principes gētiū. q̄ oēs erāt idolatre & deum ignorātes. Beſtias p venationem illaꝝ. In auibꝰ celi. p aucupiū. Theſau. q̄a phecputāt ſe poſſe dñari. Nō eſt finis. q̄a ex ſolonis ſētētia diuitiaꝝ nullꝰ eſt terminꝰ. Fabricāt i vaſa & pecunias. Nec eſt inuētio. q̄a nō cōſequūtur q̄ volūt prcuēti. Ceciderunt lumē. ſcintillā aliquam veri boni. Diſciplinā ignorauerunt obcecati voluptatibus Filij eorum. non bene a patribus inſtituti

In terra chanaan. vbi antequam ab hebreis poſſideretur erat dei cultus ignotus. Filij agar. i. deſt iſmaelite. omnes inquam hi viam vite ignorauerunt. O iſrael ſub audi conſidera. Quā

tuorū es? Inueteraſti i terra aliena: coinquinatꝰ es cū mortuis. Deputatꝰ es cū iis: qui ſūt apd̄ iferos: quia dereliquiſti fontē vite et ſapiētie. Si in via dñi ambulaſſes: inhabitáſſes vtiq; in pace ſup terrā. Diſce vbi ſit ſapiētia: & vbi ſit fortitudo: & vbi prudentia: vt ſcias ſimul vbi ſit lōgitudo vite & victꝰ: vbi ſit lumē oculorū & pax. Quis inuenit locum eiꝰ: et quis ītrauit in theſauros eiꝰ? Vbi ſūt principes gētiū: & q̄ dñant̄ feris q̄ ſūt ſup terrā. Qui i auibꝰ celi ludūt: q̄ argētū theſaurizāt et aurū: i q̄ cōfidūt hoīes: & nō ē finis acquiſitionis eorū. Qui argētū fabricāt, & ſoliciti ſūt: nec eſt inuētio operū illorū. exterminati ſūt et ad iferos deſcēderūt: & alii i loco illorū ſurrexerūt. Iuuenes viderūt lumē: & habitauerūt ſup terrā. Viā autē diſciplinę neſcierūt, neq; ītellexerūt ſemitas eiꝰ: neq; ſuſceperūt eā filii eorū. a facie ipſorū lōgę facta eſt. Nō eſt audita i terra chanaā: neq; viſa ē i themā. Filii quoq; agar; qui exquiſierūt prudētiā: quę de terra eſt: negociatores terrę & theman. & fabulatores et exquiſitores prudentię & intelligentię: viam autem ſapientię neſcierunt: neq; inuenerunt ſemitas eius. O iſrael q̄ magna eſt

domus dei: & ingens locus possessionis eius. Magnus est & nō habet finē: excelsus & immēsus. Ibi fuerunt gigātes nominati: illi qui ab initio fuerunt statura magna cietes bellum. Nō hos elegit dñs: neq; viā disciplinæ inuenerūt: propterea perierūt. Et qm̄ nō habuerunt sapiētiā: interierūt ꝓpter suā insipientiā. Quis ascēdit in cœlū & accepit eā: & eduxit eā de nubib9? Quis transfretauit mare/ & inuenit illā: & attulit eā sup aurū electū? Non est q sciat viā eius: neq; qui exquirat semitas ei9. Sed qui scit vniuersa nouit illam: & adinuenit eam prudētia sua. Qui præparauit terram in æterno tēpore: & replenit eam bipedibus & quadrupedib9. Qui emittit lumen & vadit: & vocauit illud: & obedit illi in tremore. Stellę autem dederunt lumen in custodiis suis: & letatę sunt. Vocatæ sunt: & dixerūt: Adsumus. Et luxerunt ei cū iocunditate: qui fecit illas. Hic est deus noster: & non estimabitur alius aduersus eū. Hic adinuenit omnē viam disciplinę: & dedit illam Iacob puero suo: & israel dilecto suo. Post hæc sup terrā visus est: & cum hominibus cōuersatus est.

℣ Lectio Actuum apostolorum. Capitulo. xix.

IN dieb9 illis. Factū est cum apollo esset Corinthi: & Paulus peragratis superioribus partibus veniret magna. i. quā late patens. Magnus est. scz deus. Fuerūt gigantes. ad supiora refert. s. ad terrā chanaan et theman. Nō hos. sed te o israel elegit. Accepit eā. s. sapiētiam. Sup aurū electū. ꝙst dicat: nullius: qz a deo tm̄ reuelata est ꝑ filiū suū. In eterno tpe. i. in etnū duratura. Lumē. s. solis ⁊ lune p solē. ⁊ aliarū quoq; stellarū. Dixerunt s dñs mus. reb9 inanimatis dat sermonē. p ꝓpopeiā. Luxerūt ei. i. ei9 imperio. Aduersꝰ est. idest q ei aduersat. In terris visus est. qz non est ioquutus iā p prophetas sed per scipm̄ suscepta carne humana predicans que ante dixerat per prophetas.

℣ Alia lectio.

FActum est cum apollo esset Corinthi. Ex actib9 apostoloꝝ Capitulo. xix. In quo Lucas describit pauli predicationē Ephesi. Apollo. pauli coauditor in eunc

gelij ꝓdicatiõe. Ephe
sium. ciuitatẽ minoris
Asie siue Jonie. Spi
ritũsanctum. scz in si-
gno visibili:qz tunc sic
dabat baptizatis. Au
diuim⁹.mirũ est q̃ isti
dicũt cũ i forma baptis
mi nominet: sed in ba
ptismo Joãnis nõ ex-
primebãtur noia triũ
personaꝝ. Duodecim.
qui sic baptizati sunt.

Suadẽs. suasiõibus
oratorijs ad cuãgelij
fidem inducens. Lete
ra patent.

¶ In festo spiri-
tussancti.

Dum cõpleretur
dies pẽtecostes.
Ex actib⁹ apl̃oꝝ.ca.ij.
In quo Lucas ponit
spũsancti missionem:
quemadmodũ christ⁹
ꝓmiserat. Pẽtecos-
tes.idest quinquage-
sime a die videlicet re
surrectionis. In eo lẽ
loco.i.in cenaculo vbi
erãt ille cẽtum viginti
aie:de q̃bus i capite su
periori dixit. Venien
tis spũs.i. vẽt⁹ violẽs.

Replenit. subaudi
splendore. Lingue.
quia donum linguaꝝ

Ephesum:& inueniret quosdã discipu
los:dixitq; ad eos.Si spũmsanctũ acce
pistis credẽtes? At illi dixerũt ad eum.
Sed neq; si spũssanctus est audiuimus.
Ille vero ait. In quo ergo baptizati
estis? Qui dixerunt. In Ioãnis baptis
mate.Dixit aũt Paulus. Ioãnes bapti-
zauit baptismo pœnitẽtiæ populũ:di
cens. In eũ qui venturus est post ipm
vt crederẽt:hoc est in Iesum.His audi-
tis: baptizati sunt in nomine domini
Iesu. Et cum imposuisset illis manus
Paulus: venit spiritussanct⁹ super eos:
& loquebant̃ linguis & ꝓphetabant.
Erant autẽ oẽs viri fere duodecim. In-
trogressus aũt synagogam:cum fidu-
cia loquebatur per tres menses dispu-
tans & suadens de regno dei.

¶ In die sancti spiritus. Le-
ctio Actuũ apostolorum.
Capitulo secundo.

IN diebus illis. Dum complerẽtur
dies pẽtecostes: erant oẽs pariter in
eodẽ loco. Et factus est repẽte de cœ
lo sonus tanquam aduenientis spiritus
vehementis: & replenit totam domũ
vbi erant sedentes. Et apparuerunt il-
lis dispertite linguę tãq; ignis: seditq;
supra singulos eorum. Et repleti sunt
omnes spiritusancto: & cœperunt lo-
qui variis linguis: prout spiritussanc-
tus dabat eloqui illis. Erant autem in
hierusalẽ habitãtes iudæi viri religiosi

tum illis dandū erat. Ex omni natione.q; cōuenerāt ratione festi. Cōfusa est.admiratione rei. Galilei. quoꝝ erat lingua distincta ab alijs. Parthi.enumerat regiōes vnde iudei venerāt.s.parthiā/ mediā mesopotamiā.i. syriā inter duo flumia hoc ē tigrim ⁊ euphra tē. Pōtū.cui annexa est bythinia. Pāphilia.ptermina cilicie. er he oēs erāt i asia. Egyptus ꝙ partim i asia partim i aphrica. Lyb ca cyrenē.i. regionē cy renaicam q̄ est int egyptū ⁊ aphricā ꝓpie dicta. Proselyti.i.cōuersi de gentilitate ad iudaismū. Cretes. ex insula creta. Arabes. ex triplici arabia.

ex omni natione que sub coelo est. Facta aute hac voce conuenit multitudo & mēte cōfusa est:qm̄ audiebat vnusq; q; linguā suam illos loquentes. Stupebant autem oēs & mirabantur:dicentes. Nōne ecce omnes isti qui loquuntur galilæi sunt? Et quomodo nos audiuim⁹ vnusquisq; linguā nostram in qua nati sumus? Parthi:& medi:& elamitæ;& qui habitant mesopotamiā: iudeā:& cappadociā: pontum:asiam: phrygiam:pāphiliam: ægyptum:& partes libyæ:que est circa cyrenem:& aduenæ romani:iudei quoq; & proselyti:cretes & arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

¶ Feria.ii. Actuū apl̄oꝝ. Capi.x.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suum dixit. Viri fratres & patres: nobis præcepit dominus prædicare populo & testificari: quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent:remissionem peccatorum accipere per nomen eius:omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc:cecidit spūssanctus sup oēs qui audiebāt verbū. Et obstupuerūt ex circūcisiōe

¶ Feria.ii.sequēti.

HDenēs Petr⁹ os suū. Ex actibus apostoloꝝ capit. x. In quo post Cornelij conuersionem ponit Petri predicationem. Predicare ⁊ testificari. quando dixit eritis mihi testes. Viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. id est bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Omnes ꝓphete.non solū nos q̄ illū audiuimus. Cecidit spūssanctus in signo visibili. Ex circūcisiōe.i.iudei

ad fidem cõuersi. In nationes: idest in gẽtiles. Nunquid aquam. quasi dicat: ex quo spiritussanctus preuenit baptismum quis prohibet eos baptizari? In nomine iesu christi. quia in primitiua ecclesia sic baptizabantur.

¶ Feria tertia sequenti.

CUm audissent apostoli. Ex actibus Apostolorum. ca. viij. In quo posuit predicationem Philippi: nunc ponit profectionem Petri & Joānis in samariam quesiam crediderat. Spiritũsanctum. qui baptizatis nõdum venerat. quẽ tamen illis superuenientibus acceperũt per manuum impositionem.

¶ Feria. iiij. sequẽti.

DIligite iusticiã. Ex libro Sapientie. capitulo primo. Sunt qui dicant libriũ illum esse philonis iudei. Ambrosius Salomonis eẽ putat. cui omnes fere refragantur. Et est hoc libri initium: in quo autor hortatur auditores ad iusticiam / sapientiãq; amplectendam. Sẽtite de dño: idest bñ de illo sentite. Simplicitate. idest innocentia. fideles qui venerãt cũ Petro: quia & in nationes' gr̃a spiritussancti effusa est. Audiebãt enim illos loquẽtes linguis & magnificãtes deum. Tunc respõdit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest: vt non baptizent hi qui spiritũsanctũ acceperunt: sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu christi.

¶ Feria tertia. Lectio Actuum Apostolorum. Capitu. viii.

IN diebus illis. Cũ audissent apostoli qui erant hierosolymis: quia recepit samaria verbũ dei: miserunt ad eos Petrum & Joānem. Qui cũ venissent: orauerunt p ipsis vt acciperẽt spiritũsanctum. Nondũ enim in quẽquã illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine dñi Iesu. Tunc imponebãt manus super illos: & accipiebãt spiritum sanctum.

¶ Feria. iiij. Lectio libri Sapientie. Capitulo. i.

IN diebus illis. Dixit Salomon filiis israel. Diligite iusticiã: qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: & in simplicitate cordis quẽrite illum: quoniam inuenitur ab iis

Nõ tentãt.i.qõ possunt assequi ratiõe humana expectãt à deo. Separant quẽadmodũ ꝛ bone cõiungũt. Probata virtus.s.a deo. In sipientes.i.p ignorãtiã peccãtes. In maliuolã.i. mala appetentem. Spũs vispline.i.autor sapiẽtie in vispulo. Effugiet fictũ.i.q nõ querit rem sed apparẽtiã rei. Auferet se.ab effectu alioq̃ est vbiq̃. Sine itellectu.i. sine ratiõe. Et corripiet.i. punict ab iniqtate. qz peccatũ sequẽs est pena pcedẽtis. Spũs sapiẽtie.subaudi dator. Maledictũ.i. hoiem obstinatũ in pctis. A labijs suis.i. blasphemijs lingua ppetrat. Lingue auditor. ergo multomagis opex spectator. Repleuit. qz vbiq̃ est. Cõtinet oia. habet per amorẽ intra se cõnexa. Sciẽtiã vocis.q̃ est iter illa vona. Lectio alia.

PEr manus apostolorũ. Ex actibus apostolorũ. ca. v. In quo Lucas posuit Petri predicationẽ ꝓpriã ꝛ mira q̃ faciebat nũc ponit omnium in cõe tam p̃dicationẽ q̃ miracula. In plebe: qz principes ꝛ sacerdotes obstinatores erãt. In porticu salomõis. vbi erat maior hoium cõcursus. Cõiũgere illis.s.ficte timẽtes ananie penã. Magnificabat.

qui non tentant illum: apparet eis qui fidem habent in illum. Peruerse enim cogitationes separant a deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maliuolam animã nõ introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim disciplinæ effugiet fictum: & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu: & corripientur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ: & non liberabit maledictum a labiis suis: quoniam renum illius testis est deus: & cordis eius scrutator est verus: & linguæ illius auditor. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod cõtinet omnia scientiam habet vocis.

Lectio Actuum Apostolorum. Capitulo. v.

IN diebus illis. Per manus apostolorum fiebãt signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæterorũ autem nemo audebat se cõiungere illis: sed magnificabat eos populus. Ma

propter mirabiles infirmorum curationes. Quæ autē sequuntur ex dictis manifesta sunt. ¶Feria quinta sequenti.

Philippus descēdens. Ex actibus apostolorum.c.viij. In quo Lucas posteaq̄ descripsit gesta stephani diaconi.hic prosequit facta Philippi apostoli.

Ciuitatem samarie. q̄ fuit metropolis decem tribuum israel: quia ibi erant semiiudei quoniam partem legis acceperant: hoc est quinq̄ libros Moysi. Intendebāt. idest attente audiebāt maxime videntes miracula que ab illo fiebant curando paralyticos ꝛc.

¶Feria.vj. sequēti.

Aperiens Petrus os suum. Ex actibus apostolorum capit.ij. Sed hec verba aperiēs Petrus. ex superioribus sunt. Et probat Petrus per autoritates sacre scripture quod ieſus quē iudei crucifixerunt: est messias in lege promissus. Israelite.iudeos alloquit faciēs illos alterōs. Probatum in vobis.per miracula q̄ in p̄senti vestra fecit.

gis autem augebatur credentium in dñō multitudo virorū ac mulierum: ita vt in plateis ejicerēt infirmos: & ponerent in lectulis & grabatis: vt veniente Petro: saltem vmbra illius obumbraret quemq̄ illorum: & liberarētur omnes ab oībus infirmitatibus suis. Cōcurrebat autē & multitudo vicinarum ciuitatum hierusalem: afferentes ægros & vexatos a spiritibus immundis qui curabantur omnes.

¶Feria.v. Lectio actuū apostolorum. Capitu.viij.

In diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem Samariæ: predicabat illis christum. Intendebant autem turbe his q̄ a Philippo dicebant vnanimiter audiētes: & videtes signa q̄ faciebat. Multi em̄ eorum q̄ habebāt spiritus immūdos: clamātes voce magna exibāt. Multi aūt paralytici & claudi curati sunt. Factum est em̄ gaudiū magnum in illa ciuitate.

¶Feria.vj. Lectio Actuū apostolorum. Capitulo.ij.

In diebus illis. Aperiens Petrus os suum: dixit. Viri israelitæ audite verba hæc. Iesum nazarenū virum approbatum a deo in vobis virtuti

bus: & pdigiis: & signis quæ fecit per illū deus in medio vestri sicut scitis hūc definito cōsilio & præscientia dei traditum per manus iniquorū affigentes interemistis. Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eū. Prouidebam dñm coram me semper: quoniā a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc lætatum est cor meū: & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vitæ: replebis me iucūditate cum facie tua.

℣ Sabbato in vigilia pēthecostes. Iohelis pphetæ. Capitulo. ii.

HAec dicit dñs deus. Effundam spiritū meum super omnē carnē: & pphetabunt filii vestri & filiæ vestræ. Senes vīi somnia somniabūt: & iuuenes vestri visiones videbūt. Sed & super seruos: & ancillas in diebus illis effundā de spiritu meo: & dabo pdigia in cœlo & in terra: sanguinem & ignem & vaporē fumi. Sol conuertet in tenebras: & luna in sanguinē anteqū veniat dies domini magnus & horribilis. Et enim omnis quicūq; inuocauerit nomen domini saluus erit.

℣ Lectio libri Leuitici. Cap. xxiii.

Per illum. i. per hominē christū. Definito consilio. idest certa quadā dei predestinatione pro mūdi salute. Doloribus iferni. q̄ nec ipse neq; patres sē serunt dolores cū ad illos descēdit. Ab eo: idest ab inferno. Dauid enī dicit psal. xv. Ne cōmouear. ne vlla ex parte perturber. Requiescet in spe. scz resurgēdi. Animam meā. in morte separatam a corpore. Sanctum tuū. idest corpus sine anima.

℣ Sabbato in vigilia trinitatis.

EFfundā spiritū meū. Ex Joele pphā. c. ij. in q̄ postea: ꝙ pphetā pdixit pplo bona tpalia hic pmittit bona spiritualia: qđ est complenum in missione spiritussancti.

Super carnem. i. hominē. Filij. iuuenes t senes. omnē etatem et sexū designat. Somnia. idest reuelationes in somnis. Super seruos. modo sint baptizati. Et dabo.

hec signa precedent iudiciū vniuersale: et quod in sensu litterali fie debeat intelligi: testis est Petrus Actuum secūdo. qui citat hec verba prophete.

¶ Alia lectio.

FRatres. Debitores sumus: non carni: vt secundum carnem viuam⁹. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunq; enim spiritu dei aguntur: hi filii sũt dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ dei: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritꝰ testimoniũ reddet spũi nr̃o ꝙ sumus filii dei. Si aũt filii & heredes: heredes quidẽ dei: coheredes aũt christi.

¶ Feria quarta beati Pauli ad Corinthios. i. Cap̃. i.

FRatres. Non enim misit me christus baptizare: sed euangelizare.

¶ Feria quarta sequenti.

NOn misit me xp̃s baptizare. Ex. j. epla ad Corinthios cap̃. j. Apls in superiori pte dixit se paucos admodũ baptizasse. cui

ſationē nūc reddit: q nō tam ad baptizandū quā ad docēdū missus est quod est maioris officij: tamen si ad vtrunq; missi sunt apostoli. In sapientia verbi. idest mundana que verbis exquisitis peragitur. Euacuet crux christi. idest fides passionis eius. que videtur gentib⁹ stultitia: quia non argumentis sed fide continetur. Verbū crucis. i. predicatio passionis.

Non in sapientia verbi vt non euacuetur crux christi. Verbū enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autē qui salui fiunt. idest nobis virtus dei ē. Scriptum est enim. Perdā sapientiam sapientū: & prudentiā prudentiū reprobabo. Vt sapiens: vbi scriba: vbi inquisitor huius seculi? Nōne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes. Quoniam' & iudei signa petunt: & greci sapientiam quērunt. Nos autem predicamus christum crucifixum: iudeis quidem scandalum: gentibus autem stulticiam. Ipsis autē vocatis iudeis atq; grecis christum dei virtutem & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei sapientius est hominibus. Et quod infirmum est dei: fortius est hominibus.

Pereuntib⁹. idest infidelibus. Virtus dei est. quia per crucē diabolus deuictus est

Scriptum est. Esaie. xxix. Sapientiā. ingenio humano adinuentam de rebus diuinis. sicut prudentiam que est de agibilibus. Vbi sapiens. quasi dicat: nusquam est in rebus ab homine adinuentis. Vbi scriba. idest legisperitus. Inquisitor seculi. idest rerum secularium. Huius mūdi. quasi dicat: immo fecit. In dei sapientia. idest cognitione creaturarum que sunt dei speculum. Mūdus: idest mundi sapientes. Per stulticiam predicationis. idest quā isti putabant stultitiā. Signa petunt. qualia fuerunt cū illis traderetur lex. Sapientiā non diuinā. sed qualē ipsi inuenerūt. Iudeis scandalum. idest offendiculum. Stulticiam. opinione ipsorum. Vocatis. idest electis tam ex iudeis q; gentilibus. Dei virtutem. scilicet esse christum.

¶ Feria sexta sequenti.

Videre vocationē. Ex prima epistola Pauli ad Corinthios capitulo primo. Et continuatur principium huius lectionis cū fine precedentis. vbi ostēdit qō modus docendi per sapientiā verboꝝ non conuenit fidei catholice. Vocationem. idest modum vocationis. Sapientes. potentes nobiles. sed illiterati. et paupes ꝛ rustici. Stulta mūdi: idest quos mūdus stultos putat. Infirma mūdi. idest que mundus putat infirma. Fortia. idest qui putantur fortes. Ea que non sunt. idest q̄ ab his putantur nullius esse momenti. Ea que sunt. idest existimantur esse magna. Non omnis caro. idest nullꝰ homo. ex modo loquendi apud hebreos. Ex ipso. idest ex ipsius virtute. Sapientia. scilicet nostra. q̄d est christus. Scriptū est Jeremie capitulo nono. Qui gloriāt̄ ꝛc. Dñica. ix. post trinitatē

¶ Feria sexta beati Pauli ad Corinthios. i. Cap̄. i.

Fratres. Videte vocationē vestrā quia non multi sapientes secundum carnem: non multi potētes: non multi nobiles: sed quę stulta sunt mundi elegit deus vt cōfundat sapientes. Et infirma mundi elegit deus vt confundat fortia. & ignobilia mūdi: & contemptibilia elegit deus: & ea quę non sunt vt ea quę sunt destrueret vt non glorietur omnis caro in cōspectu eius. Ex ipso autem vos estis ī christo iesu: qui factus est in sapientia nobis a deo: & iusticia & sanctificatio & redemptio: vt quēadmodum scriptū est: qui gloriatur in domino glorietur.

¶ Dominica nona. Pauli ad Corinthios. i. Cap̄. x.

Fratres. Non simus cōcupiscentes malorꝝ sicut & illi cōcupierūt. Neq; idolatræ efficiamini sicut quidam ex ipsis quemadmodum scriptum est.

On simꝰ cōcupiscētes. excepta. i. ad Cor. ca. x. ꝛ pēdet lcō ex supiozibꝰ: dixerat nāq;, hec aūt in figura facta sunt nrī: ꝛ tūc infert: vt nō simꝰ cōcupiscentes malozꝝ: sicut illi fuerūt. s. hebrei: post tot bīficia a deo accepta. Idolatrie. vt hebrei fuerunt circa lationē legis. Scriptum est.

Exodi:xxxij. Surrexerunt.ludere in vituli cultu. Fornicati sunt.cū Feminis ex madian.vt habetur Numeri.xxv.a serpentibus.vt scribi tur Numeri.xxj. Sicut quidam eorum murmurauerunt. vt patet in plurib⁹ scripture locis. Ab exterminatore.scilicet angelo antea quā ingrederētur terram promissionis. In quos fines deuenerunt.id-est sumus in vltima mundi etate. Stare.scilicet in deo. Ne cadat ex tentatione. Nisi humana. idest que non potest omnino ab homine euitari. Id quod potestis.subaudi vincere. ℘ prouentum.idest meritū augmentum ⁊ fructum ex tentatione.

Sedit populus mādūcare & bibere:& surrexerūt ludere. Neq; fornicemur: sicut quidā ex ipsis fornicati sunt:& ceciderunt vna die viginti tria milia. Neq; tentemus christū:sicut quidā eorū tentauerunt:& a serpentibus perierūt. Neq; murmurauerītis: sicut quidā eorū murmurauerunt & perierunt ab exterminatore. Hec aūt oīa in figura cōtingebant illis. Scripta sunt aute ad correctionē nostrā in quos fines sęculorum deuenerūt. Itaq; qui se existimat stare: videat ne cadat. Tētatio vos nō appreheudat nisi hūana. fidelis aūt deus est: qui nō patietur vos tētari super id qđ potestis. Sed faciet cū tentatione etiam prouentum vt possitis sustinere.

℣Feria quarta beati Pauli ad Corinthios.i. Cap̄.xv.

FRatres. Non omnis caro eadē caro:sed alia hominū alia pecorum alia volucrum: alia piscium . & corpora cœlestia: & corpora terrestria. Sed alia quidem cœlestium gloria:

℣Feria quarta sequenti.

DOn omnis caro. Ex prima ad Corinthios epistola capitulo decimoquinto. In quo Apostolus disputat de resurrectione mortuoꝝ in ꝓpriā cuiuscūq; aiam ⁊ corpꝰ ⁊ pēdet lectō ex fine superioris lectiōis. dixit aūt deꝰ dat vnicuiq; secundū propriū corpꝰ. ⁊ tunc infert. Non omnis caro eadem caro.quia sunt diuersarum specierum sicut ⁊ ipsa animalia. Celestia que conueniunt in corporalitate salutem. Celestium gloria.

ideſt pulchritudo. Si reſurrectio. non eſt omnino ſimile. quia in reſurrectione erit identitas numeralis: in his autem non eſt huiuſmodi idẽtitas. Seminatur. ponit differentias inter corpora mortuorum ⁊ reſurgentium. Si eſt corpus animale. ideſt quia eſt. Scriptum eſt. Geneſis. ij. In animam viuentem. ideſt vitam animalem. Spiritũ viuificantẽ. ſ. alios. Sed non prius. ſicut patet de Cain ⁊ Abel. de Iſmacle ⁊ Iſaac. ⁊ Jacob ⁊ eſau.

¶ Feria ſexta ſequenti.

SIcut in Adam omnes moriuntur. Ex eadem epiſtola ⁊ capite: ⁊ quia paulo ante dixit: quod ſi chriſtus reſurrexit: et mortui reſurgent: tũc infert ſicut in Adam. ꝛc. In ſuo ordine. quia primus fuit chriſtus tempore et dignitate. reliqui oĩes ſimul tempore: ſed dignitate differenter. Qui ſunt chriſti. ideſt ipſius membra. Deinde. ſcilicet poſt reſurrectionem. Regnum deo. ideſt fideles quibus prefuit in hac vita. Euacuauerit. quia remanebunt ordines angelorum ſed indiſtincti. Oportet regnare. Ex alia autẽ terreſtriũ. Alia claritas ſolis: alia claritas lunę: & alia claritas ſtellarũ. Stella enim a ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminat in corruptiõe: ſurget in incorruptiõe Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget ſpirituale. Si eſt corpꝰ animale: eſt & ſpirituale: ſicut ſcriptũ eſt. Factus eſt primus homo Adã in animã viuentẽ: nouiſſimus adam in ſpiritu viuificantẽ. Sed non prius quod ſpirituale eſt: ſed quod animale: deinde quod ſpirituale. In chriſto ieſu domino noſtro.

¶ Feria ſexta beati Pauli ad Corinthios. Cap. xv.

FRatres. Sicut in adam oĩes moriuntur: ita et in chriſto omnes viuificabuntur. Vnuſquiſq; autẽ in ſuo ordine primitię chriſtus. Deinde hi qui ſunt chriſti: qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri: cum euacuauerit omnem principatum: & poteſtatem: & dominationem: & virtutem. Oportet autem illum regnare do

psal.cix.Donec ponat.idest non solū vsq; ad inimicoꝝ subiectionem sed ex modo loquendi sacre scripture deinceps multomagis. Sub pedib⁹ ei⁹.Ex psal.viij.Destruetur mors.quia restat vita immmortalis.Qui subiecit ei oīa.quia xp̄s qua hō est patri subiicitur. Omnia in omnibus.idest quod potestas ⁊ dignitas oīb⁹ insit a deo.

nec ponat omnes inimicos sub pedibus ei⁹.Nouissime autem inimica destruetur mors,)Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autē dicat oīa subiecta sunt ei:sine dubio preter eum qui subiecit ei omnia,Cū aūt subiecta illi fuerint omnia:tūc & ipse filius subiectus erit illi:qui sibi subiecit oīa: vt sit deus omnia in omnibus.In christo ie su domino nostro.

¶Dominica.x.beati Pauli Ad Corint.i.Ca.xii.

FRatres.Scitis quoniā cum gentes essetis ad simulacra muta: prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio:q; nemo in spiritu dei loq̄ns dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus:nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt: idem autem spiritus. & diuisiones ministrationum sunt:idem autem dñs. & diuisiones operationum sunt:idē vero deꝰ q operat oīa in oībus. Vnicuiq; aūtē datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alii quidē per spiritum datur sermo-

¶Dominica.x.post trinitatem.

SCitis quoniam cum gentes essetis. Ex epistola prima ad corinthios ca capitulo duodecimo.

In quo disputat de gratia que continetur in sacramentis:dicens de spiritualibus idest gratijs:nolo vos ignorare. Gentes essetis.idest more gentilico viueretis. Prout ducebamini. in greco quo pacto ducebamini seducti. Anathema iesu blasphemando illius nomen:quod gentiles faciebant. Dominus iesus. confitendo illum dominum ⁊ saluatorem. Idem spiritus. quia in deo coniuncte in fidelibus diuise. Idem dominus. cui omnia ministrant. Ad vtilitatem.scilicet ecclesie. manifestando euangelium. et prosequitur alia spiritus sancti dona. scilicet sermonem : scientie:

fidē:gratiā sanitatū. Et reliqua. ¶Feria.iiij.sequenti.

SCimus quoniam si terrestris. Ex secunda ad Corinthios epistola capitulo quinto. In quo apostolus commendat ministerium noui testamenti ex premio fidei. Terrestris domus. idest corpus terrenum moriatur habemus domum. perstat in translatios ne. Non manu factam. scilicet corpus glorificatum quod est immortale. Ingemiscimus cupientes. qō alibi dixit. cupio dissolui ⁊ esse cum christo. Vestiti. scilicet corpore hoc mortali. Et non nudi. idest spoliati eo: quia cupimꝰ immortalitatē ⁊ nolumꝰ perdere hanc mortalitatem. sed nisi granū frumenti cadens. ⁊c. Ingemiscimus de dissolutione corporis et anime. Mortalitas a vita. scilicet per gloriam superuenientem.

In hoc ipsum. idest vt habemus vtrunq; appetitum. Pignꝰ spiritus. idest gratiam vt spiritualem illā vitam appetamus. Audentes ⁊ scientes: idest quia hoc scimus ⁊ audemus. Per fidem. parenthesis est. Per speciem. videntes rem sicuti est. Audemꝰ sapientię: alii autē sermo scientię secundum eundē spiritū. Alteri fides in eodem spiritu: alii gratia sanitatū in vno spiritu. Alii operatio virtutum. alii prophetia. Alii discretio spirituum: alii genera linguarum: alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus: diuidens singulis prout vult.

¶Feria quarta beati Pauli ad Corinthios. ii. Cap̄. v.

FRatres. Scimꝰ qm̄ si terrestris domus nostra huius habitatiōis dissoluatur, q; ędificationē ex deo habemus domū nō manufactā: sed ęternā in cœlis. Nā & in hoc ingemiscimꝰ habitationē nostrā: quę de cœlo est superindui cupientes. Si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Nā & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimꝰ grauati: eo q; nolumus expoliari: sed superuestiri vt absorbeatur quod mortale est a vita. Qui aut̄ efficit nos in hoc ipsum deus qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper & scientes: quoniā dū sumus in hoc corpore peregrinamur a dño. Per fidem enim ambulamus & & non per speciem. Audemꝰ

Inquã peregrinari a corpore sub. quã a dño. Placere illi. quo modo cunq; velimus nolimus. Omnes enim. necessitatem ponit resurrectionis. Timorẽ dñi. i. timendum esse. Manifesti sumus. quia scrutãs corda. In conscientijs vestris. ideſt cuius vos conscij estis.

¶ Feria sexta sequenti.

autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore & pñtes esse ad dominum. & ideo contendim9 siue absẽtes situe pñtes placere illi. Oẽs em̃ nos manifestari oportet ante tribunal xp̃i: vt referat vnusquisq; p ꝓpria corpis ꝓut gessit siue bonũ siue malũ. Scientes ergo timorẽ dñi: hoib9 suademꝰ: deo aũt manifesti sumꝰ. Spero aũt & in cõscietijs vestris manifestos nos esse. Per iesum dñm nostrum.

¶ Fer. vi. bti Pauli ad Rom̃. Cap. viii.

FRatres. Spe em̃ salui facti sumus. Spes aũt quę videt: non est spes. Nã quod videt quis: quid speratꝰ Si aũt quod nõ videmus speramꝰ: per patientiã expectamus. Similiter aũt & spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram. Nam quid oremus sicut oportet nesciimꝰ: sed ipse spiritus postulat p nobis gemitib9 inenarrabilib9. Qui autem scrutatur corda: scit quid desideret spiritꝰ: quia scd̃m deũ postulat p sanctis.

¶ Dominica vndecima. beati Pauli ad Corinthios prima. Capitul. xv.

FRatres. Notũ vobis facio euãgeliũ quod prędicaui vobis: quod

SPe enim salui facti sumus. Ex epla ad Rom̃. ca. viij. vbi apl's incepit exhortari ad patientiã & tollerantiã passionũ. ad quã maxime ꝓfert spes. Ideo subdit spe salui facti sumꝰ. Spes que videtur. ꝺa nõ videmꝰ deũ clare: sed sumus in expectatione vidẽdi: sed cũ videmꝰ iam nõ est spes. Per patientiã. que est conĩuncta spei. Spũs adiuuat. dirigendo nos ad xp̃m. Sicut oportet. i. vt cõueniẽs est ad salutẽ. Postulat ꝓ nobis. i. postulare nos facit. Quid desideret spiritus. de angelo cuiq; nostrũ attributo quedam intelligunt.

¶ Dominica. xj. post trinitatem.

DIcũ vobis facio Ex epla ad corinthi. j. ca. xv. In quo agitur de resurrectiõe mortuoꝝ. & imprimis

cõmendat euangelij excellentiã. In quo ſtatis. erepti ꝛ non iacẽtes. Qua ratione. quia nõ humana: ſed diuina. Fruſtra. i. ſine effectu. Quod accepi. ſ. a deo. Secundũ ſcripturas. ſ. prophetaꝝ de illo. Cephe. ideſt petro quia ſyriſce dictus eſt cephas. grece vero ꝛ latine petrus. de quo viſu Luce vlti. Undecim. Joan. xx. Quingentis. in galilea Matthei vlti. Jacobo. õ hoc nõ legit apõ euãgeliſtas. Apłis oĩb⁹ in die aſcẽſionis. Mihi tãquã abortiuo. ideſt poſt aſcenſionem vocato. de quo Actuũ ix. Vocari apoſtolus. ſed quicquid ſum gratia dei ſum. quia ex me perſecutore tantũ. Vacua non fuit. ideſt ſine operibus.

¶ Feria. iiij. ſequenti.

Deſcitis qm̃ corpora vr̃a. ex prima ad Corithios epła cap̃. vj. In quo agit de affinitate corporis humani ad corpus xp̃i. ꝛ hoc per baptiſmũ ꝛ fidem Membra chriſti. ſcz ſubtrahẽdo me ab ipſo. Meretricis. p carnis libidinem. Meretrici non legitime vxori. Inquit ſcriptura Geneſis. ij. In carne vna. pprie autẽ cum vxore: cum meretrice autẽ quodã mõ. Unus ſpũs eſt ſcõm amorẽ.

& accepiſtis in quo & ſtatis: per quod & ſaluamini: qua ratiõe prędicauerim vobis: ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi em̃ vobis in primis: quod & accepi: qm̃ chriſtus mortuus eſt p peccatis noſtris ſcd̃m ſcripturas. Et quia ſepultus eſt: & quia reſurrexit tertia die ſecũdũ ſcripturas: & quia viſus eſt cephę: & poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt pluſquã quingẽtis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſq; adhuc: quidã autẽ dormierũt. Deinde viſus eſt Iacobo: deinde apoſtolis oĩbus⁹. Nouiſſime autẽ oĩm: tanquã abortiuo viſus eſt & mihi. Ego enim ſum minimus apl̃orũ qui nõ ſum dign⁹ vocari apl̃s qm̃ perſecutus ſum eccleſiã dei. Gratia autẽ dei ſum id quod ſum: & gratia ei⁹ in me vacua non fuit.

¶ Feria quarta. beati Pauli ad Corinthios prima. Ca. vi.

Fratres. Neſcitis qm̃ corpora veſtra mẽbra chriſti ſunt? Tollẽs ergo mẽbra chriſti: faciã mẽbra meretricis. Abſit. An neſcitis: quoniam qui adhęret meretrici: vnum corpus efficitur? Erũt (inqt) duo in carne una. Qui autẽ adhęret domino: vn⁹ ſpiritus eſt.

NOTA

Fugite fornicationē. de qua victoria in sola fuga est. Extra corp⁹ est.q⁹ maculāt solāt animā. In corpus suū.q⁹ tam corp⁹ q̄ animam coinquinat. Templū spūssancti.per fidē ⁊ baptismū. Non estis vestri. idest proprij iuris sicut membrū non est sui iuris:sed totius corporis est magis q̄ suum. ¶Feria sexta sequenti.

Fugite fornicationē.Omne eñ peccatū:quodcūq; fecerit homo:extra corpus est: qui autē fornicat in corp⁹ suū peccat. An nescitis quoniā membra vestra templum sunt spiritussancti qui in vobis est quē habetis a deo: & non estis vestri? Empti eñ estis precio magno.glorificate & portate deū in corpore vestro.

¶Feria.vi. Beati Pauli ad Corinthios.i. Capitulo.v.&.vi.

FRatres. Scripsi vobis in epistola ne cōmisceamini fornicariis.Nō vtiq; fornicariis huius mundi: aut auaris:aut rapacibus:aut idolis seruientibus : alioqui debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non cōmisceri. Si is qui frater inter vos nominatur est fornicator: auarus: aut idolis seruiens: aut maledicus: aut ebriosus:aut rapax:cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt iudicatis? Nam eos qui foris sunt: deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Audet aliquis vestrum habens negociū aduersus alterū iudicari apud iniquos & nō

Scripsi vobis in epła. Exprima apostoli epła ad Corinthios cap. partim quinto partim sexto:⁊ q⁹ forte esse in alia quadam epistola scripserat: ne cōmiscerentur fornicarijs ⁊ illi putabant quod intelligeret paulus de fornicatiōe spirituali/ hoc est idolatria:nūc dicit illō intelligendū esse de oñibus criminosis. Fornicarij huius mūdi.i. peccatorib⁹ in rebus mūdanis. Rapacib⁹. scilicet alieni inuasoribus. Mundo exisse. idest mori potiꝰ q̄ talia fecisse. Non commisceri. aliquo modo: et numerat cū q̄b⁹ nō. Qui foris sunt.idest infidelib⁹: qui nō sunt in foro ecclesie. Iudicare debetis. Auferte malum. idest malos homines. Negociū. idest litē. quasi dicat: non bene facitis si il-

lum conuenitis apud iudices iniquos ⁊ non potius apud iustos? Sancti iudicabunt. idest erunt ⁊ futuro iudici assessores. iuxta illud Matth. xix. Sedebitis super sedes iudicantes. In vobis. i. p vos in die iudicij. De minimis. i. his paruis mūdi rebus. Angelos. qui ce ciderunt cū lucifero. Cōtēptibiles. i. minoris estimationis: q̄ tales sunt prudētiores ī agi bilib⁹: sapientiores ad maiora seruate. Dico scz hoc q̄ sequit: scilicet qō sunt īter vos lites. Judicia int̄ vos. nō sequētes preceptū euangelicū. Iniuriā. quia deterius est iniuriā facere q̄ pati: vt inquit Plato.

¶ Dominica. xij. post trinitatem.

HAbemus. Ex epistola secūda ad Corinthios. cap. iij. In quo posteaq̄ ostēdit se nō egere hominum commendatione: nunc dicit oia deo accepta ee referēda. Cogitare qō minus est q̄ dicere. A nobis. scilicet quasi ex nobis. Nō littera. sicut hebreis. Sed spiritu. scz infuso: quo lex euāgelica cōstat. Ministratio mortis. cuius modi erat vetus lex. In lapidibus. i. tabulis lapideis. Fuit in

apud sanctos? An nescitis quoniā sancti de hoc mūdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabit mūdus: indigni estis q̄ de minimis iudicetis? Nescitis qm̄ angelos iudicabimus: quāto magis secularia? Secularia igit̄ iudicia si habueritis: cōtemptibiles q̄ sunt in eccl'ia illos cōstituite ad iudicandū. Ad verecūdiā vestrā dico. Sic nō est inter vos sapiēs quisq̄ q̄ possit iudicare īter fratrē suū: sed frater cū fratre iudicio cōtendit: & hoc apud infideles. Iā quidē oīno delictū est ī vobis q̄ iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriā accipitis? Quare nō magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus.

¶ Dominica. xij. Beati Pauli ad Corinthios. ij. Capitu. iij.

FRatres. Fiduciā talē habem⁹ per christū ad deū: nō q̄ sufficiētes simus aliq̄d cogitare a nobis q̄si ex nobis: sed sufficiētia nr̄a ex deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamēti: nō l'ra sed spiritu. Littera enim occidit: spūs autem viuificat. Quod si ministratio mortis l'ris deformatā in lapidibus fuit in gloria:

gloria.idest gloriosa. Faciem Mosi.q̃ erat cornuta:vt legitur Exodi.xxxiij. Euacuatur.scz per euangelicã legem. Non magis.quasi dicat: multomagis erat in gloria. Damnationis. que inducebatur per legem Mosi. Ministerium iusticie. quod est in lege euangelica. ¶Feria quarta sequenti.

ita vt non possent intendere filii israel in faciem Mosi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo nõ magis ministratio spiritus erit in gloria:Nam si ministratio donationis est in gloria: multomagis abundat ministerium iusticię in gloria.

¶Feria.iiii.Beati Pauli ad Corinthios.ii. Capitulo.iiii.

FRatres.Non prædicamus nosmetipos sed iesum christũ dñm nostrum:nos aũt seruos vestros per iesum. Qm̃ deꝰ qui dixit de tenebris lucẽ splẽdescere: ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ sciẽtiæ charitatis dei ĩ facie christi iesu. Habemus aũt thesaurũ istum in vasis fictilibus:vt sublimitas sit virtutis dei:& nõ ex nobis. In oĩbus tribulationẽ patimur:sed nõ ãgustiamur. Aporiamur: sed nõ destituimur.Persecutionem patimur:sed non derelinquimur.Deicimur:sed nõ perimus.Sẽp mortificationẽ iesu chri in corpe nro circũferen-

Non p̃dicamus nosmetipsos. Ex epla Pauli. ij. ad Corinth.c.iij. In quo qz superꝰ vocauit euãgeliũ suũ: et hic vocat euangeliũ chri: putaret aliqs esse duo euãgelia:ideo dicit. Non predicamus. scilz tanquã autores euangelii. Seruos vestros. scilicet administrando vobis doctrinam christi. Qui dixit.idest dicendo fecit.Genesis.j. Illuxit. idest lucem spũalem infudit. Ad illuminationẽ sciẽtie. i. ad manifestationez noticie diuine. In facie iesu chri melius in greco in psona chri. Thesaurũ istum.i.illuminationẽ dei. In vasis fictilibꝰ.i.in hoc corpe mortali. Sublimitas.i.hoc magnum quod facimus. Non angustiamur.i.defatigemur. Aporiamur.i.indigemus:quia grece aporia est indigentia. Non derelinquimur.scilicet a deo. Deicimur.scilicet in periculum. Mortificationem iesu.i. compassionem.

Manifestetur. scilicet in iudicio.

¶Feria.vj.sequẽti.

SEmper nos qui viuimus. Ex eadem epistola et capite et continuat lectio cũ fine superioris epistole: ꝛ est eadem epistole sentẽtia. Ergo mors. scilz christi animando nos ad tolerãdos labores. Vita. scz christi conferẽdo spem resurrectionis. Habentes. ordo est nos credim⁹ et loquimur habentes ꝛc. Scriptum est. psalmo.cxv. Omnia propter vos. subaudi facimus ꝛ patimur. Vt gratia abundãs. scz a nobis in vos. Per multos. qui ex nostro opere agant deo gratias. Nõ deficimus. scz in sustinendis laboribus. Qui foris est. idest homo carnalis. Qui intus est. i. spiritualis. In presenti. s. corpore subiecto corruptioni. Pondus eternum. i. rẽ magnã hoc est gloriam eternam.

¶Dominica. xiij. post trinitatem.

tes: vt & vita Iesu in corporibus nostris manifestetur.

¶Feria.vi. Beati Pauli ad Corinthios. ii. Capitulo. iiii.

FRatres. Semper nos qui viuim⁹ propter iesum in mortem tradimur: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autẽ eũdem spiritum fidei: sicut scriptum est. Credidi propter qđ loquutus sum: & nos credimus: propter quod loquimur. Scientes quoniã qui suscitauit Iesum: & nos cum iesu suscitabit: & constituet nobiscum. Omnia enim propter vos: vt gratia abundans per multos in gratiarum actione abũdet in gloriam dei. Propter quod nõ deficim⁹. Sed licet is q foris est homo corrũpatur: tamẽ is qui intus est renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur: sed quæ non videntur. Quæ videntur temporalia sunt: quæ autem non videntur æterna sunt.

¶Dominica. xiij. Beati Pauli ad Galathas. Capitulo. iij.

Abrae dicte sunt promissiones. Ex epistola Pauli ad Galatas cap̃.iij.in quo declarat qõ hereditas eterna non dat̃ per legẽ Mosi sed per christi fidẽ. Semini eius.que impleta sunt in christo: ideo dicit semini ꝛ non seminibus. Hoc testamentũ:idest promissiones per modum testamenti. Que.scilicet lex. Et est ordo que lex facta est ꝛc. Non irritum facit.i.non tollit pmissionem abrae factam. Ex lege hereditas.subaudi datur. Nõ ex pmissione. sed datur ex pmissione:ergo non ex lege. Quid igit lex:subaudi aliqs diceret quid profuit?

Fratres. Abrãæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit ex seminibus quasi in multis: sed quasi in vno: & semini tuo qui est christus. Hoc autem dico testamẽtum cõfirmatum a domino: quę post quadringentos & triginta annos facta est lex: non irritũ facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hæreditas: iam non ex promissione. Abraæ autem per repromissionem donauit deus. Quid ergo lex? Propter transgressionem posita est: donec veniret semen: cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus pmissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu christi daretur credentibus.

¶ Feria. iiij. Beati Pauli ad Romanos. ❡ Cap̃.vij.

Fratres. Mortificati estis legi per corpus christi: vt sitis alterius qui

Propter transgressionem.i. punitionem delictorum. Semen. idest christus de semine abrae. Cui promiserat.i.in quo erat promissio cõplenda. Per angelos. q; lex nõ fuit data a deo Mosi nisi per angelum. vt habetur Actuum. vij. In manu mediatoris.i.in potestate chri ad mutandũ eã p voluntate sua. Vnius.sed duos.i.dei ꝛ hoim. Viuificare. i. vitã eternã dare. Scriptura.i.lex mosi.

¶ Feria.iiij.sequenti.

Mortificati estis legi. Ex epistola ad Romanos cap̃.vij. In quo agitur de lege Mosaice cessatione

per aduentū legis euangelice. Mortificati legi.scz mosaice. Viri alterius.ideſt eiusdē chri. Fructificetis. opera noue legis faciēdo. Eſſemus in carne.ante conuerſionem. Mortiideſt opera morte digna. Nunc autem ſub lege euangelica. Lex peccatum eſt:ideſt nunquid infertur ex verbis noſtris:qz fuit peccandi occaſio. Peccatum non cognoui. ſcilicet eſſe malum. Neſciebam. ſubaudi peccatum eſſe. Non concupiſces. Exo.xx. Occaſione.itaqz non fuit lex peccatum ſed occaſio peccandi. Omnem concupiſcentiam:ideſt augmentauit in me incentiuum peccādi. Nam peccatum.i.concupiſcentia. Occaſione accepta. per legē vt dictum eſt. Seduxit trahēdo me ad peccato conſentiendum. Occidit me. ſcz inducendo ad opus. Quod bonum eſt. ſcilicet in ſe. Factum eſt mors. ideſt mortis cauſa: ſed non idcirco malum: ideo dicit abſit. Peccatum. ideſt concupiſcentia. Vt appareat peccatum.ideſt malū. Per bonum. ideſt per legē que diſtinguit malum a bono. Operatum eſt mihi in mors

ex mortuis reſurrexit: vt fructificetis deo. Cū enim eſſemus in carne: paſſiones peccatorum quæ per legem erant operabantur in mēbris noſtris: vt fructificarent morti. Nunc autē ſoluti ſumus a lege mortis in q̄ detinebamur: ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus: & non in vetuſtate litteræ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi p legem. Nam concupiſcentiā neſciebā niſi lex diceret: Nō cōcupiſces. Occaſione aūt accepta: peccatū per mandatū operatum eſt in me oēm cōcupiſcentiā. Sine lege em̄ peccatū mortuū erat. Ego autem viuebā ſine lege aliquādo: ſed cū veniſſet mādatū: peccatū reuixit. Ego aūt mortuus ſum. Et inuentū eſt mihi mandatū q̄d erat ad vitam: hoc eſſe ad mortē. Nā pctm̄ occaſiōe accepta per mādatū ſeduxit me: & p illud occidit. Itaqz lex q̄dē ſancta: & mādatū ſanctū & iuſtū & bonum. Q̄d ergo bonum eſt: mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum vt appareat peccatū: per bonum operatū eſt mihi in mortem.

¶ Feria. vi. Beati Panli ad Romanos. Capitu. vii.

dem.i.induxit me ad peccatum. ¶Feria.vj.sequẽti.

Scimꝰ qz lex. Ex eadẽ epla ꝛ capite ad Romanos. ꝛ cõtinuat lectioni pcedẽtis eple. vbi aplus ꝓbat qđ dixit per testimoniũ legis naturalis. Lex spiritalis.i.ordinãs ad rõnis instinctũ. Ego carnalis.i.sequẽs appetitũ irrationalẽ. Venũdatꝰ.s.a pmo parẽte.

FRatres. Scimus quia lex spiritalis est. Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod eñ operor non intelligo. Non enim qđ volo bonũ hoc ago: sed quod odio malum illud facio. Si autem quod nolo illud facio: consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam nõ operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me: hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Nõ enim quod volo bonum hoc facio: sed ꝙ nolo malum hoc ago. Si autẽ ꝙ nolo illud facio: iam non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum: quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secũdum interiorẽ hominẽ. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę: & captiuantem me in lege peccati: quæ est in membris meis. Infœlix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum christum dñm nostrum.

Qđ operor.s. ꝙ appetitũ nõ intelligo ꝙ rationem qz ignorat ois flagitiosus q̃ opat. Qđ volo.ꝙ rationem. Hoc ago.appetitu obstante. Qđ odio.s. ꝙ rationẽ. Cõsentio legi. i quãtũ nolo. repugno autẽ in quãtũ facio. Nõ operor. s.qđ dicta: ratio. Peccatũ.i. pcti ꝓcupiscẽtia. Habitat bonũ.i.inclinatio ad bonũ. Velle adiacet.i. volitio boni ꝙ rationẽ. Non inuenio. impediente appetitu. Inuenio legẽ mihi. scz volẽti facere bonũ rationi consonũ. Malũ.i. inclinatio ad pctm. Cõdelector legi.i.ꝓsentio ꝙ rõnẽ. Aliã legẽ.i.inclinationẽ ad malũ. Legi mẽtis .s. naturali q̃ iducit ad bonum. Mortis huius.nõ dicit simpliciter de corpore: sed addit mortis alioqui corporis immortalitas appetibilis est. Gra dei. scilicet liberabit.

EPISTOLAE

¶ Dominica.xiiij.post trinitatem.

Spiritu ambulate. Ex epistola Pauli ad Galatas.ca.v. quia superius dixit non esse viuẽdum scõm carnẽ sed scõm spiritũ: nũc infert. Spũ ambulate ꝛc. Caro aduersus spiritũ.vnde cõflatur bellũ illud plusq̃ ciuile. Quecunq; vultis.per rationem. Faciatis.obstante appetitu. Sub lege.i.seruitute legali subiecti. Manifesta.qz sunt sensibilia. Predico vobis, anteaquã veniat dei iudicium:quia tũc non erit penitentie locus. Fructus autem. enũcratis multis peccatorũ generib9: enumerat opera spiritus.

Aduersus huiusmodi.immo hec omnia legi cõsentiunt. Qui sunt christi. scilz imitatores. Crucifixerũt carnem.idest in his cõcupiscentie vitia mortua sunt cum carne.

¶ Feria.iiij. sequenti.

Nolite iugũ ducere. Ex epistola ad Corinthios secũda.capitu. vj. In quo apostolus hortat Corinthios:vt deuitẽt infidelium cõsuetudinẽ.

¶ Dñica.xiiij. Beati Pauli ad Galatas. Capitu.v.

Fratres.Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Caro enim cõcupiscit-aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnẽ. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunq; vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducemini: non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis:quæ sunt fornicationes: immũditiæ/ impudicitiæ /luxuriæ/ idolorũ seruitus:veneficia/inimicitiæ/ contentiones/æmulationes/iræ/rixæ/dissensiones/sectę/inuidię/homicidia/ebrietates/commessationes: & his similia. Quæ prædico vobis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt: regnum dei non consequuntur. Fructus autẽ spiritus est:charitas:gaudium:pax:patiẽtia:lõganimitas:bonitas: benignitas: mansuetudo:fides:modestia:continentia:castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.

¶ Feria.iiij. Beati Pauli ad Corinthios.ij. Capitulo.vi.

a bobus iugo subditis. Que participatio antitheton est. i. cõtra posi tũ: opponũtur nãq; iusticia iniquitati. lux tenebris. xp̃s belial. fidelis infideli. templũ idolis. Templũ dei. i. in quibus deus inhabitat. Sicut dicit de⁹. Leuitici. xxvj. Ponã tabernaculũ meũ in medio vr̃i ꝓ quo aplꝰ dicit: hic inhabitabo in illis. Propter qđ. i. quia ita est. Dicit dn̄s. Esaie lij. Exite de medio, tria tangit in hac admonitione. Primum quod eorum peccata deseramus. secundum, vt peccatorum occasionem fugiamus. tertium ne dissimulemus eorum mala: sed potius reprehendamus. Has ꝓmissiones. hoc iam ex capitulo septimo est. hortaturq; Corinthios ad mundationem peccatorum tam spiritualium q̃ corporaliũ.

FRatres. Nolite iugũ ducere cũ infidelibus. Que em̃ participatio iusticie cũ iniquitate? Aut q̃ societas luci ad tenebras? Que aũt cõuẽtio xp̃i ad belial. Aut que pars fideli cũ infideli? Qui aũt cõsensus tẽplo dei cũ idolis Vos em̃ estis templũ dei viui: sicut dicit deus. Q̃m̃ inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos: & ero illorũ de⁹: & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum: & separamini dicit dominus. Et immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos. Et ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias dicit dominus omnipotens. Has igitur promissiones habẽtes charissimi mundemus nos ab omni iniquinamento carnis & spirit⁹: perficientes sanctificationem in timore dei. Per iesum christum dominum nostrum.

¶ Feria sexta beati Pauli ad Corinthios. i. Ca. vi.

FRatres. An nescitis qa iniq regnũ dei nõ possidebũt? Nolite errare

Feria sexta sequenti.

AN nescitis quia iniqui. Ex epistola ad Corinthios. j. cap̃. vj. ℟ continuatur epistole superiori que legebatur feria sexta post dominicam. xj. post trinitatem. vbi dixit quare non magis fraudem ꝓpatimini. et tunc infert. An nescitis quia iniqui. quasi dicat: videtur quod nesciatis. Nolite errare. suos errores remouet.

p̃ior est: quod credebant per fidem ꝛ baptismum etiam sine operib⁹ peccata deleri. Molles. libidinis molliciem exercentes. Martialis. fortitan ꝛ posset vincere mollis otho. Fuistis hec. idest his vitijs detenti. Omnia licent. idest possum facere modo non sit contra legem.

Non omnia expediunt. idest sunt vtilia ad finem consequendum. vt licet vxorẽ ducere: sed alicui nõ est vtile. vt philosopho. Sub nulli⁹ potestate. vt sim puta sub imperio vxoris. exemplũ est a simili de ventre ꝛ esca. ꝙa licet comedere sed nõ expedit aliquãdo. Destruet. post corpor resurrectionem quando erit venter sed nõ erit illius vsus. Corpus domino. scilicet ordinat dñs corpori. quia suscitabitur ab illo. Dñm suscitauit. i. christũ atq; ex consequenti nos q̃ q; suscitabit.

neq; fornicarii: neq; idolis seruiẽtes: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorũ cõcubitores: neq; fures: neq; auari: neq; ebriosi: neq; maledici: neq; rapaces regnũ dei possidebunt. Et hæc aliquãdo quidã fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis: sed iustificati estis in noĩe dñi nostri iesu christi: & in spiritu dei nostri. Omnia mihi licẽt: sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent. Sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri: & venter escis: deus autem & hunc & hanc destruet. Corpus autem non fornicationi sed domino: & dominus corpori. Deus vero & dominum suscitauit: & nos suscitabit: per virtutẽ suam.

¶ Dñica. xv. post trinitatem.

Si spũ viuimus Ex epla Pauli ad Galatas cap̃. vj. Misi q̃ p̃mittit clausula ex fine capitis superioris. q̃ etiã pendebat ex epla que legebat in dñica precedẽti vnde inferebatur quod hic legimus. Si spiritu. ꝛc. Inuicem prouocantes. scilicet ad riram. i. contentiones. Preoccupatus. ab aliqua passione carnali. Qui spirituales estis. idest liberi a tali passione

¶ Dñica. xv. bti Pauli ad Gala. Ca. vi.

Fratres. Si spũ viuim⁹: spũ & ambulem⁹. Non efficiamur inanis gl̃ie cupidi: inuicẽ prouocãtes inuicẽ inuidẽtes. Fres: et si p̃occupat⁹ fuerit hõ in aliquo delicto: vos qui spũales estis: huiusmodi instraite in spiritu lenitatis.

Cõsiderans.ex plurali facit transitũ ad singularẽ. Sed potius ita distingue vt hec verba iungenda sint inferioribus. Aliter alterius.p inuicẽ. Se esse aliquid.i.per se sufficientẽ sine alterius adiutorio. Se seducit.i.decipitur falsa de se opinione. In semetipso.i.nõ pẽdebit ex alterius iudicio sed cõscientia sua teste viuet. Onus suũ.i.penã sui peccati.

Cõsiderãs teipsum ne & tu tẽteris. Alter alteri9 onera portate: & sic adimplebitis legẽ xpi. Nã si qs existimat se aliquid esse cũ nihil sit: ipe se seducit. Op9 aũt suũ pbet vnusquisq3: & sic in semetipso tm gl'iam habebit: & nõ in altero. Vnusquisq3 enim on9 suũ portabit. Cõmunicet autẽ is qui catherizat verbo ei qui se cathezizat in oib9 bonis. Nolite errare: deus nõ irridet. Quę em̃ seminauerit hõ: hęc & metet. Qm̃ q seminat i carne sua: de carne & metet corruptionẽ. Qui autẽ seminat in spũ: de spũ & metet vitã ęternã. Bonũ aũt faciẽtes nõ deficiamus: tpe em̃ suo metemus: nõ deficiẽtes. Ergo dũ tẽpus habemus: operemur bonũ ad oẽs: maxie autem ad domesticos fidei.

¶ Fer. iiii. bti Pauli ad Timo. Ca. vi.

Charissime. Quicunq3 sunt sub iugo serui: dominos suos omni honore dignos arbitrẽtur: ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autẽ fideles habent dños nõ contemnant quia fratres sunt: sed magis seruiant quia fideles sunt & dilecti: qui beneficii participes sunt: hec doce & exhortare. Si quis aliter docet est quale illud vergilij qsq3 suos patimur manes. Qui catheziza tur.i.instituitur ad fidẽ. In bonis. & nõ inuitemur illũ in malis. Error.e.circa hoc. Non irridetur.i.nõ decipit. Que seminauerit.i.secundũ opera sua mercedem recipiet. Cetera patent.

¶ Feria. iiij. sequenti.

Quicunq3 sũt sub iugo. Exepta.i. ad Timotheum. capi. vi. In quo apostolus inducit Timotheum ad ea faciẽda que ad pontificem pertinent.

Dominos suos etiã infideles. vt Paulinꝰ episcopus Nolensis qui seruiũt infideli domino pro filio cuiusdam vidue. Blasphemetur a dño infideli. Fratres sunt in christo sub eadẽ fide. Beneficij. idest baptismi eiusdem. Si qs aliter. scilz quã a me dictũ.

Secandum pietatem.idest religionem christianam. Superbus. subaudi est talis.idest inobediens. Nihil sciens.idest ignarus. Et languens.idest stupidus ⁊ insensatus. Conflictationes.contro uersie. A veritate priuati. scilicet vite : iusticie ⁊ doctrine. Pietatem.idest religionis predicationem faciẽdam esse propter lucrum Questus magnus.id est satis magnum lucrum predicatori. Pietas,idest pietatis exercitatio cum sufficientia rerum necessariarum.

¶Feria sexta sequenti.

Nihil intulimus in hunc. Ex eadem epistola ⁊ capite. et continuatur lectio superiori epistole. nã dixit cum sufficientia quasidicat:nihil aliud curantes:et tunc infert nihil intulimus.ꝛc. Quibus tegamur. id est vestes. Diuites fieri.scilicet ex officio predicationis. In tentationẽ.quia diuitie pleriscꝫ sunt instrumẽta peccãdi.Cupiditas.in greco nõ est simpliciter cupiditas : sꝫ pecunie siue argẽti amor hoc é philagyria. Dolorib9. qa ob diuitias multi perierũt. O homo dei priuatim hortatur

& non acquiescit sanis sermonibus domini nostri iesu christi:& ei que secundum pietatem est doctrine: superbus: nihil sciens sed languens circa quęstiones & pugnas verborum : ex quibus oriuntur inuidię:contẽtiones blasphemię:suspitiones:malę conflictationes hominum mẽte corruptorũ. et qui a veritate priuati sunt:existimãtium quęstum esse pietatem.Est autem quęstus magnus pietas cum sufficientia.

¶Feria sexta beati Pauli ad Timotheum.i. Ca.vi.

Charissime. Nihil intulimus in hunc mundum haud dubium: quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta : & quibus tegamur:his contenti simus.Nam qui volunt diuites fieri : incidunt in tentationem:& in laqueum diaboli : & desideria multa inutilia & nociua:que mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. quam quidem appetentes errauerunt a fide : & inseruerunt se doloribꝫ multis. Tu autẽ o hõ dei hæc fuge. Sectare vero iusticiam:

Timotheum ad hec fugienda. Coram multis testib⁹. quod fecit in predicatione sua sepe ⁊ quando est ad pontificatum assumptus. Viuificat. idest in quo viuunt. Sub pontio pilato. quando dixit christus. Ego ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeã veritati. Bonam confessionem. scilicet precipio. Mandatum. scilicet predicatiõis euãgelice. Inaduentũ. scilicet i articulo mortis tue. Suis temporibus in die iudicij. Ceters patent.

pietatẽ: fidẽ: charitatẽ: patientiã: & mãsuetudinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei. Apprehẽde vitã ęternã in qua vocat⁹ es: & cõfessus bonã cõfessionẽ coram multis testib⁹. Precipio tibi corã deo qui viuificat oĩa & christo iesu qui testimoniũ reddidit sub pontio Pilato: bonam confessionem: vt serues mandatũ sine macula vsq; in aduentũ dñi nostri iesu christi: quẽ suis tẽporibus ostendet beat⁹ & solus potens: rex regũ & dñs dominantiũ. qui solus habet immortalitatẽ: & lucẽ habitat inacceſſibilem quem nullus hominum vidit: nec videre potest. Cui honor & imperium sempiternum. Amen.

¶ Dominica. xvi. Beati Pauli ad Ephesios. Capitulo. iii.

FRatres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. Huius rei gratia: flecto genua mea ad patrẽ domini nostri iesu christi: ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur: vt det vobis secundum diuitias glorię suę: virtutem corroborari per spiritum eius in interiori hoĩe: habitare xp̃m per fidẽ i cordib⁹ vr̃is.

¶ Dominica. xvj. post trinitatem.

OBsecro vos ne deficiatis. Epła ꝑauli ad Ephesios capitulo tꝛio. vbi in originali habetur propter quod peto ne deficiatis. idest quia confidentiam habeo per christum exaudiri ozo. In tribulationibus meis. quas sustineo pro vobis. Deficiatis. scilicet territi. Gloria vestra. scilicet si non deficiatis. Huius rei. scilicet ne deficiatis. Omnis paternitas. ꝺa est prima qua pater per naturã genuit filiũ. Virtutem scilicet patiẽtie. Corroborari. i. vt corroboremini. Christũ habitare. i vt xp̃s habitet.

In charitate.q̄ est ꝓpria christianoꝝ virtus. Cōprehēdere.i. cognoscere. Longitudo latitudo sublimitas ꝛ ꝓfundū.oēs dimensiones numerat per quas intelligit deū oīa cōtinentē:qui tū nō cōprehenditur. Scire etiā.i.vt sciatis. Supereminentē.i.que vincit cognitionē. Hoc negaret Thomas qū charitas dei vincit scientiā. Plenitudinē.i.donis q̄ dāt cū charitate.

Ei aūt.repete ab inferioribꝰ sit glia. Superabundanter.idest abūdantius.

Feria.iiij.sequenti.

Videte neq̄s vos decipiat.ex epla ad Coloss.ca.ij. In q̄ aplus hortat illos ne decipiāt a pseudoaplis per philosophiam.qz rōes physice repugnāt fidei. Inanē fallaciā.i. sophistica argumenta ab hoibꝰ iuēta ex pncipijs naturalibꝰ ꝛ non ex fide. Corpaliter qa xp̄ūs assumpsit naturā hūanā hoc ē corpꝰ et aiam. In illo.i.p illū. Repleti.s.gīa.in expoliatiōe carnis.i. ꝓputij ablatiōe. In circuncisione xp̄i.i.p baptismū qū succesit circūcisiōi. Surrexistis ad vitam gīe. Operationis dei.i. quā deꝰ operatur. Et vos cū mortui.ordo ē in charitate radicati & fundati:vt possitis cōprehendere cū omnibus sanctis quę sit latitudo:longitudo: sublimitas & profundū. Scire etiā supereminētē scientię charitatē christi: vt impleamini in omnē plenitudinē dei. Ei aūt qui potens est oīa facere superabundāter quā petimus aut intelligimus secundū virtutē quę operatur in nobis: Ipsi gloria in ecclesia & in christo iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amē.

Feria quarta beati Pauli ad Colossēs. Cap̄.ii.

Fratres. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam: & inanē fallaciā secundū traditiones hominū secundum elementa mundi: & non secundum christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circuncisi estis:circumcisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis:sed in circūcisiōe x p̄i: cōsepulti & in baptismo:in quo & surrexistis per fidem operationis dei:qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum

& cōuiuificauit vos cū illo.i.a pctis vos erexit:& resurgēs quēadmodum ille resurrexit:qa resurrectio xpi fuit nre resurrectiōis causa.

¶Feria sexta sequenti.

Quicūq; iniuriā facit. Ex epla ad Colossenses partim.iij. parcim.iiij.capitibus.nā in fine capitis tertij verba sunt qui iniuriā.facit.&c.nā quia supra dixerat:quomodo se inuicē deberent habere diuerse hominū cōditiones:tunc infert q̄ q̄sq; sui operis mercedem accipiet. Domini quod iustum est.iniustum est quarti capitis: & quia dixit in capite superiori ō seruis in dominos: nunc de dominis in seruos. In celo.cui daturi est rōnem. Oīoni.hoc ad oīones ptiner. Ostiū sermonis .i. libertatē ad p̄dicādū euāgeliū. Vinctus sū.i.in carcere ne p̄dicē verbū dei.qō factū ē epheſi vñ scribit. Vt manifestē illud.iūge ei qō dixit apiat nobis ostiū. Qui foris.i. extra eccliam. Tps redimētes.i.oportunitatē hoc faciēdi captātes Sale cōdit⁹.i. gratus audiētib⁹ nō molest⁹ & ē cōdit⁹ penultima lōga a cōdio.is. At sciatis qa cuiusq; psone inspiciendi est conditio.

¶Dominica.xvij.Beati Pauli ad Ephesios.Capitulo.iiij.

mortui essetis in delictis: & p̄putio carnis vestrę:conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta. Per iesum christum:dominum nostrum.

¶Feria.vi.beati Pauli ad Colo. Capitulo.iii.&.iiij.

Fratres. Quicunq; iniuriam facit:recipiet id quod iniique gessit & non est personarū acceptio apud deum. Domini quod iustū est & equum seruis p̄state: scientes quoniā & vos dominū habetis in celo. Orationi instate vigilantes in ea in gratiarū actione:orantes simul & pro nobis: vt det⁹ aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium christi. Propter quod etiam vinctus sum vt manifestem illud:ita vt oporteat me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt: tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus:vt sciatis quomodo oporteat vos vnicui q̄q; respondere.

OBsecro vos ego vinctus in domino. Ex epla ꝑpauli ad ephesios capitulo quarto. Inquo Ephesios apostolus instituit in moribus christianis Vinctus. nam quo tempore hanc scripsit epistolam in vinculis erat. In domio. idest ꝓpter domini obsequiū. Vocatione. qua vocati estis. idest pie t iuste vt fideles decet. Supportantes inuicem. id est mutuos defectus tolerantes. Unitatem spiritus. idest ecclesie quam facit spiritus sanctus. Unū corpus. scilicet mysticum sub. sitis. Vocationis vestre ad fidem christi. In vna spe. scilicet vite eterne. Unus dominus. sub. est cui omnes seruitis. Unus deus t pater. scilicet per creationem. Super omnes per excellentiam. Et per omnia. per gubernationem. Cetera patēt.

¶ Feria quarta quatuor temporum.

ECce dies veniūt. Ex Amos prophēta capitulo nono. In quo ad literā ponitur templi reedificatio: per quam intelligimus euangelij predicationem. Dicit igitur ecce dies veniunt: idest euangelij diuulgatio. Arator messorem. et calcator vue mittentem semen. per quod significatur acceleratio publicationis euangelij que propagabitur indies. Dulcedinem. scilicet euangelice doctrine. et per montes intelligit apostolos. per colles doctores. Captiuitatem. liberando eos a potestate diaboli.

FRatres. Obsecro vos ego vinct⁹ in domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis: cum omni humilitate & mansuetudine: cū patientia supportātes inuicem in charitate. Soliciti seruare vnitatem spirit⁹ in vinculo pacis. Vnum corpus & vn⁹ spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Vnus dominus: vna fides: vnum baptisma: vnus deus: & pater omnium qui super omnes est: & per omnia: & in omnibus nobis: qui est benedict⁹ in secula seculorum.

¶ Feria. iiii. quatuor tēporū. Lectō Amos prophetę. Cap̄. ix.

HAec dicit dn̄s. Ecce dies veniūt: et cōprehēdet arator messorē: & calcator vuę mittentē semen: & stillabunt montes dulcedinem: & omnes colles culti erunt. Et conuertent captiuitatem pop̄uli mei israel: & ędificabunt

